¶ Per hanc regulam queritur de instrumentis rerum spiritualium siue corporalium. ¶ Ulterius instrumentorum aliud est substantiale: sicut masculus et feminella qui habent instrumentum substantiale cum quo generant genitum. Aliud est accidentale sicut ignis qui cum sua caliditate calefacit calefactibile. Et sicut homo qui cum iusticia facit se iustum. Aliud est vniuersale: sicut intellectus qui cum suo intelligibili facit intelligibile peregrinum hoc et illud Et sicut masculus qui cum vna et eadem virga generat plures filios: et ignis cum sua caliditate calefacit plura calefactibilia. Et sicut faber qui cum vno et eodem martello facit plures clauos. instrumenta vero particularia sunt istud et illud et reliqua. cum quibus domificator construit domum. Et sicut due propositiones cum quibus fit conclusio. Et sic de aliis suo modo. Aliud est intrinsecum instrumentum: sicut intelligibile quod est de essentia intellectus. Aliud est extrinsecum quod est peregrinum cum quo docens generat scientiam. Et sicut martellus cum quo faber fabricat clauum. Quod sit verum quod diximus de instrumentalitate: omnes diffinitiones huius artis principiorum et omnes regule attestantur et probant. Et similiter quod de decem regulis dictum est: que regule sunt vasa ad omnia intellectibilia et proportionabiles intellectui humano.

Diuisio instrumentorum.

Finis quarte partis.


Tabula.

Tabula.

Quinta pars.

Quinta pars.

De tabula Rubrica.



Tabula ista composita est ex lxxxiiij. colūnis vt dictum est. Et est subiectum siue instrumētum in quo inuestigātur solutiones questionū: recipiēdo ad propositum affirmando vel negando/ concordando principia ꝛ regulas ꝛ euitando eorum cōtrarietatē. Significat aūt t. in tabula: ꝙ littere que sunt ante ipm/ principia sunt de prima figura: ꝛ littere que sunt post ipsum/ sunt de secunda. sicut in camera b.c.t.d. in qua b. precedēs t. dicit bonitatem: et c. magnitudinem. Et d. post t. dicit differentiam: et sic de aliis. Inuestigatio autem que fit in tabula/ est in altiori gradu significationis veritatum ꝙ illa que fit in figuris. ¶ Tabula vero quarte figure deriuata est voluendo circulū scōm ꝛ tertiū ꝛ vt in ipsa tabula apparet vsqꝫ ad. lxxxiiij. columnas. In qua reuolutione consistit ligamen columnarum b.c.d. que conuertit se cum columna b.c.f. Et sic successiue de columna in columnam: vsqꝫ ad vltimam que est h.i.k. vt in tabula apparet. Et sic in qualibet columna sunt oēs columne implicate: ratione cuius implicationis quelibet columna est coadiuuatiua alteri⁹. ¶ Ad quālibet solutionē vnius questionis possunt applicari oēs significationes omnū questionum abstractarum ꝛ manuductarum ad ipsam questionē. Et in isto passu apparet magna generalitas istius tabule huius artis. ¶ Amplius in qualibet colūna sunt viginti questiones per ordinem superficialiter. Et de hoc dabimus exemplum in prima colūna q̄ est b.c.d. predicando primo de bonitate/ deinde de magnitudine/ postmodum de eternitate: et hoc sic. ¶ Prima est/ vtrū bonitas sit in tantum magna ꝙ sit eterna? ¶ Secunda vtrum sit aliqua bonitas in tantum magna ꝙ contineat in se res differentes et sibi coessentiales? ¶ Tertia vtrum bonitas sit in tantum magna ꝙ contineat in se res concordantes ꝛ sibi coessentiales? ¶ Quarta vtrum bonitas cōtinens in se res contrarias sit magna? ¶ Quinta vtrum bonitas eterna sit differens? ¶ Sexta vtrum bonitas eterna sit concordans? ¶ Septimā vtrū bonitas eterna habeat in se cōtrarietatem? ¶ Octaua vtrum bonitas contineat in se differentiam et cōcordantiam? ¶ Nona vtrū bonitas contineat in se differentiam et contrarietatem? ¶ Decima vtrum bonitas contineat in se concordantiam et contrarietatē? ¶ Undecima quid est magna differentia eternitatis? ¶ Duodecima quid magna et eterna concordantia? ¶ Decimatertia quid est magna et eterna contrarietas? ¶ Decimaquarta quid est magna differentia ꝛ concordātia? ¶ Decimaquinta quid est magna differentia et contrarietas? ¶ Decimasexta quid est magna concordantia et contrarietas? ¶ Decimaseptima differentia concordātie eternitatis de quo est? ¶ Decimaoctaua differentia eternitatis de quo est? ¶ Decimanona concordantia ꝯtrarietatis ꝛ eternitatis de quo est? ¶ Uigesima differētia cōcordantie ꝛ cōtrarietatis de quo est? ¶ Fecim⁹ xx. q̄ones per columnā. b.c.d. ꝯtinentē in se. xx. cameras. Prima camera est b.c.d. scda b.c.t.b. ꝛ sic vsqꝫ ad. xx. q̄ est t.b.c.d. Ex qualibet camera abstraximus vnā questionē vt supra ptꝫ. Et sicut fecimus xx. questiones in prima colūna/ ita fieri possunt alie. xx. in scda: et alie. xx. in tertia: ꝛ sic per ordinē vsqꝫ ad columnā vltimā que est h.i.k. ¶ Per has questiones ꝛ solutiones eleuaꝛ in tā altū gradū vniuersalitatis ipse intellectus: ꝙ innumerabilis ꝛ iestimabilis reddiꝛ. Et hoc rōne generalitatis predicati ꝛ subiecti. Et in isto passu ptꝫ ꝑ quē modū ars ista est valde generalis ꝛ vtilis. ¶ Ad dādā doctrinā ꝛ modū soluēdi q̄stiones volumus antedictas q̄stiones soluere: applicando significationes litterarū ad ꝓpositū tali modo/ ꝙ diffinitiōes pricipiorū ꝛ species regularum nō destruanꝛ. ¶ Et primo: ad primā rn̄dendū est cū dr/ vtrū bonitas i tantū sit magna ꝙ sit eterna: dico ꝙ sic. Et hoc quidem est manifestū ꝑ diffinitionē bonitatis/ magnitudinis ꝛ eternitatis. Nā si bonitas est ens ratione cuius bonus agit bonū/ ꝛ magnitudo magnificat bonitatem ꝛ eternitatem / et diffinitio eternitatis fācit durare bonitatē ꝛ magnitudinem: necessarium est vt actus bonitatis sit infinitus ꝛ eternus/ ꝛ per cōsequens essentia bonitatis. Et sic cōcludiꝛ ꝙ bonitas est magna ꝛ eterna. Nā sine magnitudine ꝛ eternitate nō posset habere actū infinitū ꝛ eternū/ videlicet bonificare: ꝛ hoc ē affirmabile ꝑ regulā b. ꝛ ꝑ scdam speciē

Ad primā questionē

regule c.z d. ¶ Ulterius per primã speciem regule d. affirmatio est tenenda: eo q eternitas est essentia primitiua vltra quam non est aliud preiacens / z sua primitiuitas ē bona z magna: et sic sequitur de necessitate q sit aliqua bonitas magna z eterna. ¶ Ulterius per tertiam speciē regule d. significatum est q nō est aliq̃ contrarietas q̃ habeat dominium i eternitate sed potius econuerso: quod dominium haberet si eternitas non haberet primitiuam z magnã bonitatē: ergo bonitas intantum est magna q est eterna.

Ad secundam questionem. ¶ Ad secundam quādo dicitur vtrū sit aliqua bonitas intantum magna q sit differēs? Solutio, dico q sic. z hoc quidē est manifestū p diffinitiones eorum. Si enim bonitas est ens rōne cuius bonus agit bonū: z magnitudo est ens ratione cuius bonitas z differentia sunt magne/ necessariū quidē est q in bonitate sint res differentes sibi coessentiales: videlicet bonificans/ bonificatum z bonificare. Nā hoc est de rōne bonitatis/ magnitudinis z differentie: q in essentia bonitatis sint res distincte realiter z simpliciter. Et q ipsa bōitas indiuisa sit essentialiter z magna z incōfusa. ¶ Jtē questio est tenēda affirmatiua p regulā b. vt per se patet z etiam per regulā c. Per primā enim speciē ipsa bonitas cū suis concretis diffinitur z conuertitur essentialiter z concretiue. Et per secundā speciem differentia ponit cum magnitudine: q bonitas habeat in se bonificans/ bonificare z bonificatū/ que quidē nō haberet naturā absq; distinctione: neq; bonitas posset esse ratio bono/ q de seipsa produceret bonū. Et sic ipsa bonitas eēt vacua natura magnitudinis: differētia tamen deficiente. ¶ Amplius ad idē magnitudo z differentia sunt in bonitate naturaliter: vt patet per tertiā speciem regule c. Et etiā bonitas est in ipsis naturaliter. Et p quartā speciē magnitudo z differentia habēt actus suos in bonitate z similiter bonitas in ipsis/ rōne quarte speciei regule c.

Ad tertiā q̃stionem. ¶ Ad tertiā questionē quādo queritur/ vtrū intantum bonitas sit magna/ q contineat in se res cōcordātes z sibi coessentiales? Ad quod respōdendū est q sic: vt patet per diffinitiões eorum: quoniā si bonitas nō cōtinet res cōcordātes z sibi coessentiales siue naturales: iam bonitas magna non distaret a cōtrarietate/ neq; esset magna sine tali cōcordantia quod est impossibile: quā impossibilitat ē necessitant diffinitiones bonitatis / magnitudinis/ eternitatis q;. ¶ Ulterius ad hoc idem consentit affirmādo prima species regule c. q̃ ponit conuersionē diffiniendo bonitatē z suas res cōcordātes: videlicet bonificās/ bonificatū z bonificare: et cōcordāt/ cōcordatū z concordare: cū quibus cōuertitur suprema bonitas z concordantia cū suprema magnitudine. ¶ Amplius per secundā speciem ostendit: q bonitas habet in se res bonas/ cōcordātes sine quibus bonitas magna non posset esse. Et etiam tertia species regule c. ponit: q magnitudo z concordantiā sunt in bonitate cum actibus suis: videlicet cū magnificare cōcordare. Et bōitas cū ipsis cū bono agere. Et quarta species dicit: q q̃libet ratio habet in alia actū suū z essentiā suā. Et in isto passu apparet altitudo intellectus qui vere z realiter hoc attigit: ad quā altitudinem non posset ascendere nisi deo adiuuante.

¶ Ad quartā questionem quando queritur vtrū bonitas continens res in se contrarias z sibi coessentiales sit magna? Respondendum ē q non: quia caret concordantia que quidem est plus absolute q̃ ɔtrarietas. Ratio huius est q2 cōcordātia cum bonitate ponit esse generādo. Et contrarietas cum malicia ponit priuationem bonitatis corrūpendo: z hoc volunt diffinitiões bonitatis/ magnitudinis z contrarietatis: q sit verū quod diximus/ regula cuidem b. hoc requirit: et etiam prima species regule c. Quoniam si bonitas magna contineret in se res contrarias/ magnum malum quidem esset sibi: z couerterentur in ipsam bonitatem magnitudo z paruitas: quod est impossibile. Et etiam per secundam speciem regule c. q̃ ponit in bonitate bonificans/ bonificatū z bonificare cum magnitudine: ergo de hac questione negatiua est tenēda. Jtē tertia species dicit q contrarietas non posset esse in subiecto bono cum magnitudine. Et idem est iudicium de quarta specie q̃ dicit q contrarietas non posset habere actum suū in magna bonitate.

Ad quartā q̃stionem. ¶ Ad quartam questionem cum dicitur vtrum bonitas eterna sit differens? Respondendum est q sic: quoniam nisi bonitas eterna esset differens non posset ab eterno agere bonum eternū: ex eo q differentia non gubernaret agentem in suo numero actiuo: neq; agibile in numero passiuo. Et illud idem dico de agere/ z differentia deficiente causaret confusio eorum: z eternitas non haberet naturā eternādi/ neq; bonitas bonificādi: et sic omnes iste diffinitiones essent de=

structe quod est impossibile. ¶ Amplius ad idem regula b. consentit affirmatiue adiuuando se cum diffinitionibus prefatis. Item per primam speciem regule d. affirmabile quidem est. Nam ipsa regula dicit quod bonitas eterna tantum est primitiua per agere: sicut per existere: priuata enim differentia inter agentem et agibile priuatur quidem agere et per consequens agentia. Et generatur ociositas/ et priuatio nature bonitatis eterne quod est impossibile. Adhuc secunda species regule d. videtur hoc idem affirmare: nam absque differentia bonificantis/bonificabilis et bonificare non haberet ex quo esset: neque eternitas posset ipsam gubernare quod sibi esset malum contra bonum eternaliter quod est impossibile. ¶ Adhuc per tertiam speciem regule d. manifestum est quod si de questione negatiua est tenenda/ sequeretur quod aliquod ens esset eternum habens eternam maliciam: que impediret quod eterna ratio bonitatis non esset ratio bono eterno/ quod produceret bonum eternum carens differentia: quod est falsum et etiam impossibile et contra regulam b. ergo etc. ¶ Ad sextam vtrum bonitas eterna sit concordans? Respondendum est affirmatiue per eorum diffinitiones: eo quod eternitas dicit quod bonitas et concordantia durant. Et concordantia dicit: quod bonitas et eternitas in vno et in pluribus concordant: et bonitas eterna est ratio ab eterno concordanter: quod bonus producit bonum. Hoc autem non posset esse nisi bonitas eterna esset concordans per bonificantem/eternantem et concordantem: et bonificatum/eternatum et concordatum: et per bonificare/eternare et concordare. ¶ Amplius quod diximus satis probabile est: et etiam per regulam c. affirmatio est tenenda: nam bonitas est illa forma que proprie continet in se differentiam et concordantiam et bonificantem et bonificatum et bonificare bene habituatos de differentia/concordantia / cum quo habitu differens et concordans sunt agentes: differentiabile et concordabile sunt patientes: et per quartam speciem habent differentiare et concordare: et bonitas bonificare. ¶ Ad septimam quando queritur/vtrum bonitas eterna habeat in se contrarietatem? Respondendum est quod sic. posito quod mundus sit eternus: quod patet per diffinitionem contrarietatis: quoniam ab eterno et in eterno mundus est bonus et malus: per eternam bonitatem et eternam maliciam/generationem/corruptionem et priuationem.

Ad .vi. questionem.

Ad .vii. questionem.

Et bonitas eternam non posset esse bona ratio/ quod producat bonum eternum sine contrarietate et malicia. Et eternitas est causa: quare bonus et malus durant ab eterno: et hoc regula b. non potest consentire: neque prima species regule d. Nam ab eterno essent priuatiua bonum et malum concordando. Et per secundam speciem totum vniuersum esset compositum ex bono et malo: et prima causa scilicet deus/ esset necessitatus ad causandum mundum ab eterno tantum cum malicia quantum cum bonitate: quod est impossibile ratione huius impossibilitatis de hac questione negatiua est tenenda: et in isto passu apparet quod impossibile est: quod mundus sit ab eterno. ¶ Ad octauam cum queritur/ vtrum bonitas contineat in se differentiam et concordantiam? Respondendum est quod sic. Quod patet per eorum diffinitiones. Si enim bonitas non haberet res differentes et concordantes: non posset esse ratio bono/ quod produceret bonum/ et concordantia non posset esse absque differentia rerum. Et priuata differentia esset confusio et occultatio inter bonificantem/bonificatum et inter concordantem et concordatum. Immo dico quod esset implicata contradictio que est impossibilis. ¶ Item prima species regule c. dicit: quod eternitas est ens cui proprie competit eternare. hec autem proprietas esse non potest sine concordantia eternantis/eternati et eternare: que concordantia est naturalis necessaria / vt per secundam speciem eiusdem regule significatum est. Et per tertiam speciem videndum est quod eternans in eternabili est agens: et eternatum siue eternabile patiens / et eternans habet actum scilicet eternare: vt per quartam speciem regule c. significatum est. ¶ Ad nonam questionem quando queritur / vtrum bonitas contineat in se differentiam et contrarietatem? Respondendum est quod sic in aliquibus subiectis: sicut in elementato in quo elementa differunt et contrariantur: sicut ignis et aqua per calidum et frigidum / et sicut aer et terra per humidum et siccum. Et hoc bonum est: quia absque tali contrarietate elementatum esse non posset. ¶ Vlterius regula b. ad hoc quod diximus consentit. Item per primam speciem regule d. negatiua de questione est tenenda: hoc est quod in essentia bonitatis sunt bonificans / bonificatum et bonificare non possunt contrariare: quia si sic/per secundam speciem eiusdem regule boni

Ad .viii. questionem.

Ad .ix. questionem.

tas quidem non haberet ex quo esset.
Et per tertiam speciem subdita eiusdem
esset malicie: neqꝫ etiam haberet na=
turam. quod est impossibile. ¶ Ad de= Ad deci= mā q̄stio= nem.
cimam quando queritur vtrum boni=
tas contineat in se concordantiam et
contrarietatem? Respondendum est ꝙ
sic in aliquo subiecto quod est habitua=
tum bonitate: sicut elementatum quod
est bonum per bonitatem / in quo ele=
mentato aer et ignis concordant per
caliditatem / et aer et aqua per humi=
ditatem / et aqua et terra per frigidita=
tem / et terra et ignis per siccitatem.
Et ignis et aer per siccum et humidum
sunt contrarij: aer et aqua per frigidi=
tatem et caliditatem sunt contrarij / et
aqua et terra per humiditatē et siccita=
tem sunt cōtrarij / ⁊ terra ⁊ ignis in mo=
tu per leuitatē ⁊ ponderositatem. Et qđ
diximus manifestū est per diffinitiones
concordātie ⁊ bonitatis atqꝫ contrarie=
tatis. Quoniā elementans nō posset esse
ratio in subiecto qđ produceret bonum
elementatū: et etiā diffinitiones concor=
dantie ⁊ contrarietatis essent distincte.
¶ Amplius regula b. ad idem consentit
affirmando: ⁊ etiam prima species regu
le c. Elementatū namqꝫ est subiectū bo=
num in quo concordantia ⁊ cōtrarietas
aliquā conuenientiā ⁊ contrarietatē ha
bent / sicut ignis et aer qui in elemento
concordāt per caliditatē ⁊ siccitatē / sed
per humiditatē cōtrariātur: et sic circu=
lariter vt supra dictū est. ¶ Ulteri⁹ per
secundā speciē regule c. affirmatiua est
tenenda: sicut elementatū qđ cōtinet in
se innatā concordantiā ⁊ contrarietatē /
vt supra dictū est. Et per tertiā eiusdem
regule speciem est in aere concordans: ⁊
aer in igne concordabilis quo ad genus
caliditatis: sed quo ad genus humi=
ditatis et siccitatis contrariantur: eo ꝙ
ignis ratione siccitatis est contrarians
aeri / ⁊ aer igni ꝑ humiditatē. ¶ Adhuc
ꝑ quartā speciē ptꝫ ꝙ quodlibet elemē
tum habet actionē ⁊ passionē in alio cir=
culariter: ratione cuius elemēta sunt re
missa ⁊ confracta / vt ad mixtionem ⁊ cō
positionem venire possint / existente ele=
mentato bonitate habituato: ⁊ etiam de
concordantia ⁊ contrarietate. ¶ Ad vn=
decimā quando queritur / quid est ma= Ad vnde= cimā que= stionem
gna differentia eternitatis? Responden
dum est / ꝙ est forma necessitans eter=
nantem / eternatum ⁊ eternare in eter=
nitate: vt magnitudo sit ens rōne cuius
differentia et eternitas sint magne. Et
eternitas sit ens: ratione cuius magni=
tudo ⁊ differentia durēt. Et differentia
est ens: ratione cuius vnus sit eternans
⁊ alius eternat⁹ ⁊ aliud eternare. ¶ Ul=
terius ꝙ sit verum quod diximus: regu=
la quidem b. hoc testatur. Et etiam pri=
ma ⁊ secunda species regule c. Et simi=
liter tertia species regule c. vt eternans
sit in eternitate / magnitudine ⁊ differē=
tia: agens ⁊ producens productum ipso
habente in eternitate / magnitudine et
differētia naturam. ⁊ hoc ratione quar=
te speciei. ¶ Item prima species regu=
le c. hoc idem cōcedit. vt magnitudo pri=
mitiue ⁊ eterne habeat eternantē / eter=
natum et eternare. Et secunda species
regule d. hoc idē ponit. vt eternitas ha=
beat ex quo sit. Et ad hoc tertia species
eiusdem regule concordat. ¶ Ad duode= Ad duode cimam q̄= stionem.
cimam quādo queritur quid est magna
⁊ eterna concordantia? Et est dicendum
ꝙ est forma necessitans in eternitate et
magnitudine concordātiam inter eter=
nantem / eternatum et eternare. Et hoc
per primam speciem regule c. et d. satis
est vidēdum. Et etiam per secundā spe=
ciem c. et d. Et sic de tertia specie regu=
le c. vt eternās sit in magnitudine ⁊ eter
nitate et concordantia / magnificans et
eternans. Per quartam speciem regule
c. vt habeat naturam eternandi eterna=
tum / magnificandi magnificatum / con=
cordandi concordatum. Et ad hoc tertia
species regule d. concordat. ¶ Amplius
eorum diffinitiones hoc idem approbant
⁊ testantur: quoniam magnitudo absqꝫ
concordantia eternantis et eternati et
eternare / non posset esse ens ratione
cuius eternitas et magnitudo essent ma
gne. Neqꝫ etiam eternitas haberet na=
turam cum qua durare posset: atqꝫ sine
ipsis concordantiam habere. Neqꝫ sine
cōcordātia distare a cōtrarietate. ¶ Ad
decimātertiam quando queritur / quid Ad deci= mātertiā questionē
est magna et eterna contrarietas? Re=
spondendum est / ꝙ est eternitas mūdi
posito tamen ꝙ mundus sit eternus.
Et hoc patet per eorum diffinitiones et
per regulas eorundem. Quoniam dif=
finitio contrarietatis ponit ꝙ eterni=
tas dei et eternitas mundi: magnam
habent controuersiam ipsis existenti=
bus primitiuis per primam speciem
regule c. et d. Quoniam eternitas dei
non est singularis: et priuata sua singu=
laritate: magnitudo quidem non est
ens ratione cuius eternitas sit magna.
Et est ens ratione cuius contrarietas
magna est magna inter eternitatem
dei et eternitatem mundi / eo quia

eternitas mūdi ponit eternum malum non quietatum: et eternitas dei eternū bonū quietatum: et eternitas dei ponit eternum malum esse durabile: ⁊ eternitas mūdi ponit bonū esse durabile quo ad diffinitionē eternitatis: ⁊ secūda species regule d. ponit ꝙ eternum bonū et eternū malū sunt coniuncta in cōposito. Et diffinitio quidē magnitudinis ponit magnā cōiunctionē: ⁊ tertia species regule d. ponit subiectionē ab vtraqꝫ parte. Et scda species regule c. cōtrariantē ⁊ ꝯuatā ꝯtrare. Et eternitas quidē est deuians in eternitate dei ⁊ i eternitate mundi/ ipsa habēte in vtraqꝫ dnū/ pducendo eternū ꝯtriatū inquietatū/ qđ est impossibile: ratiōe cuius impossibilitatis mundus non pōt esse eternus. ¶ Ad xiiij. cum dr/ quid est magna differentia ⁊ concordātia? dicendū est ꝙ in essentia magnitudinis est magnificans / distinguens ⁊ concordans vnā personā eandē numero: ⁊ ꝙ magnificatus ⁊ differētiatus ⁊ concordatus sit alia persona: ⁊ magnificare/ differentiare ⁊ cōcordare alia persona: ⁊ ꝙ omnes iste tres persone sint idem per essentiam/ naturam/ magnitudinem/ differentiā ⁊ concordantiā: ⁊ hoc videndū est per eorum diffinitiones. Et per primā et secundam speciem regule c. ⁊ d. ⁊ per tertiaꝫ c. vt magnitudo/ differentia ⁊ concordātia sint in actu agentes ⁊ concordantes/ ⁊ a vacuitate ⁊ ociositate disparate: ⁊ per quartaꝫ speciem c. vna habet actuꝫ in alia sine quibus actibus diffinitionis eorūdem non essent vere/ qđ est impossibile vt regula b. testatur. ¶ Ad. xv. queritur / quid est magna differentia et contrarietas? Respondēdum est ꝙ est illa causa causans vnum contrariū in alio: sicut in elemento in quo ignis ⁊ aqua sunt mixta: similiter aer ⁊ terra: ⁊ inter bonuꝫ naturale innatum ⁊ malū morale: videlicet peccatum ⁊ hmōi. Et ptꝫ per diffinitiones magnitudinis differentie contrarietatis. Et differentia ꝙ declaret et distinguit ipsa contrāria. Et contrarietas in subiecto priuat concordantiā: ⁊ generat contrarios appetitus ⁊ fines. Et per regulam b. significatum est: per primam ⁊ secundā speciem regule c. ⁊ d. ⁊ per tertiam speciem regule c. Similiter est satis planum ꝙ vnum cōtrariū est agens et patiens in alio. Et per quartam speciem regule c. habet vnum in alio actionem: per tertiam ho speciem regule d. subiectionem. Et in ho passu figurantur magne pene infernales. Per quartam speciem c. vna habet actum in alia/ sine quibus actibus diffinitiones eorum non essent vere: qđ est impossibile/ vt regula b. testaẜ. ¶ Ad. xvj. questionē cum queritur: quid est magna concordātia ⁊ contrarietas? Dicēdum est ꝙ est illud ens quod ponit in eodem subiecto res concordantes et contrariantes/ generando ⁊ corrumpendo in elemento: sicut ignis ⁊ terra qui habent concordantiā per generationem cum aere/ ipso existente calido et sicco / et recipiente siccitatem a terra/ ⁊ dante caliditatem aeri: per tertiam speciem regule d. ipse quidem est existens dominans siccitati ⁊ humiditati in quibus ponit magnam cōtrarietatem corrumpendo. Et sicut diximus de igne: ita potest dici de alijs elementis ꝯm qualitates eorum: et sic videndum est per primam et secundā species regule c. d. et per diffinitiones magnitudinis et concordantie et contrarietatis: et per quem modum elementa intrant mixtum et componunt elementatum. Et per tertiam speciem regule c. ⁊ d. vnum elementum est in alio agens et patiens. Et per quartam speciem regule c. vnum elementum habet actionem et passionem in alio: et etiam motū/ generādo ⁊ corrumpendo. ¶ Ad. xvij. questionem quando queriẜ/ differentia concordātie eternitatis de quo est? Respondendum est ꝙ est de natura ⁊ relatione. Differentia enim ponit res distinctas ⁊ relatas naturaliter per distinguentem/ distinctum ⁊ distinguere in eterna concordantia: que quidem ꝯm suam diffinitionem ponit concordantem concordatum et concordare: et vnam essentiam ⁊ naturam: in qua eternitas ponit eternantem/ eternatum et eternare/ ratione sue diffinitionis: et hoc est manifestū per regulam b. et per primam et scdam speciem regule c. et d. Et tertia species regule c. ponit actionem et passionem sine materia. Et quartā species eiusdem regule actus eternos naturales. Et ad hoc tertia species regule d. non potest contradicere: eo quia est disparata a primitiuis actibus differentibꝰ ⁊ concordantibus. ¶ Ad. xviij. questionem quando queritur/ differentia eternitatis et contrarietatis de quo est? Dicendum est ꝙ est de deo et mundo/ posito ꝙ mūdus sit eternus. Et hoc patet per eorum diffinitiones. Eternitas em̄ ponit innatū bonum/ eternum bonum/ et malum morale: et differentia distinguit ipsa. Et cōtrarietas ponit eternos fines

Ad. xiiij. questionē.
Ad. xv. questionem.
Ad. xvj. questionem.
Ad. xvij. questionē
Ad. xviij. questionē

z contrarios absq3 quiete. Et hoc per regulam b. claruz est. Et per primā specië regule c. z d. dicendū est esse differētias cōtrarias: z secūda species earūdem regularū: ipsa tamē talis cōpositio impossibilis est. Et tertia species regule c. dicit q mundus est infinitus per infinitā bonitatem innatā: sed sua moralis bonitas/malicia/sunt simul duratio eterna. Et mūdus h3 infinitatem p eternitatez innatā: z oēs alie sue partes innate/sunt finite: eo q celum est corpus finituz: per quantitatem/habitū z situm. Et tertia species regule d. dicit primitiuas dominationes z subiectiones ɔtrarias/qd est īpossibilissimū. ¶ Ad decimānonā questionē q̄ queritur: concordantia cōtrarietatis z eternitatis de quo est: Respōdendū est q est de duabus eternitatib9: sc3 de eternitate dei z eternitate mūdi/ posito q mūdus sit eternus: q̄ quidē concordant z discordant in duratiōe infinita. Deus nāq3 habet substantiā infinitā z mundus finitā: z eternitas dei simpliciter est bona: z eternitas mundi bona z mala moraliter. Et diffinitio concordantie destruit. Et diffinitio contrarietatis est eterna z necessitata. Et diffinitio eternitatis est destructa/eo q nō p̄cedit. duratione magnitudinis/bonitatis/virtutis/ad duratiōnē magnitudinis/malicie z vitioꝝ. Et hoc p primā regulam videndū est. ¶ Et sic pt3 q cōcordantia est primitiua bonitate et malicia: vt pt3 p primam speciem regule c. z d. z p secūdam speciem c. z d. Et est cōposita ex contrarijs primitiuis eternaliter extra suū genus. Et sic est in suis cōtrarijs ɔcordantia habēs nomen p contradictionem implicatā/vñ est eterna cōcordātia/z eterna cōtrarietas p tertiā specië regule d. z subdita z nō subdita/qd est impossibile. ¶ Ad vigesimā questionē q̄ querit: differentia/concordantia z cōtrarietas de quo sunt: Respondēdū est q sunt de seipsis/eo quia sunt genera generalissima: vt patet p diffinitiones eoꝝ. Et hoc regula b. testatur: z p̄ma z scda species regule c. z. d. tamen nō dico q contrarietas cadat/siue sit in specie secūda regule c. vel d. eo q est accidens: z accidēs nō habet materiam ex qua sit simpliciter. Nam si haberet/iam esset substātia cōposita ex forma z materia: qd est impossibile. Et hoc patet per tertiam speciem regule d.

Epylog9. ¶ Diximus de prima columna/z dedimus doctrinam de ipsa/per quem modum questiones extrahuntur ab ipsa: z solutiones earum per diffinitiones z regulas. Et sicut fecimus de ipsa/ita pōt fieri de alijs colūnis suo modo. Et questiones quas fecimus de ipsa sunt generales: z possunt applicari ad questiones particulares/descendendo p scalas triāguli viridis: p quas intellect9 est discursiuus/faciendo scientias differentes. Et de hoc damus exemplum in eadem colūna ad soluendum questiones per viginti rationes differentes ratione dictaruz camerarum a quibus extrahuntur.

Utrum mūdus sit eternus.



Solutio hui9 questionis patebit p primā columnam tabule: z potest fieri per alias colūnas/eo q columne sunt colligate. Et primo per primam cameram colūne: z deinde per secundam. z sic per ordinem vsq3 ad cameram vltimam/multiplicando viginti rationes ad eandem questionē/tenēdo de questione negatiuam per diffinitiones z regulas in ipsa columna implicatas.

¶ Doctrina huius artis est q accipiant termini explicati/qui sunt in questione: sicut quando dicitur vtrum mundus sit eternus. In ista questione est eternitas que est terminus explicatus cum sit in prima figura. Et per eternitatem requiritur d. z per d. acquirūtur termini per ipsum d: significati. Et scala que est in angulo d. videlicet contrarietas que est inter sensuale z sensuale: et inter sensuale et intellectuale: z inter intellectuale z intellectuale. ¶ Item per vtrū acquiritur b. z per b. acquiruntur ea que sub eo existunt: vt patet in Alphabeto. Et quoniam volumus applicare in questione c. ipso implicato in questione/acquiritur quicquid c. continet. ¶ Et sic datur doctrina ad applicandum primam columnaz: ad soluendum questionē antedictam. ad inueniendum terminos explicatos z implicatos/applicando ipsos ad propositum: videlicet ad solutionem questionis cum tali modo/q diffinitiones principioꝝ z regule remaneant illese: adiuuando se cum speciebus aliarum regularum: ad dandum doctrinam quomodo homo pōt se iuuare cū alijs. Et primo per primam cameram sic.

De doctrina hui9 artis.

De prima camera B. C. D.

D

lõ.1.de amera).C.D.



Uando queritur vtrum mũdus sit eternus: τ dicimus per b.c.d. ꝙ nõ. Quoniam si esset eternus/sua ratio esset ab eterno producens eternum bonum: τ magnitudo magnificaret illam illam rationez bonam ab eterno/τ in eterno/vt patet per suam diffinitionem: τ eternitas ab eterno τ in eterno/ipsam ꝑductionem durare faceret: τ sic nullum maluz esset in mundo/eo ꝗ bonum τ malũ sunt cõtraria: sed malum est in mundo: vt patet per experientiam. Cõcluditur ergo quod mundus nõ est eternus. ¶ Ulteri⁹ regula b. ponit ꝙ de questione negatiua est tenenda ſm diffinitiões supradictas/τ ſm ꝙ proponimus dicere per regulam c.d. dicendo sic: si mũdus est eternus/sua eternitas est causans tantum durationem malicie quantum durationem boni. quod patet per primam speciem regule c. τ per primam speciem regule d. malum tantum primitiuũ quãtum bonum. Nullus enim dies est primitiuus neqꝫ vltimus. Et per secundaz speciem regule c. τ d. mundus quidẽ est compositus de bono τ malo ab eterno τ in eterno. Et per tertiam speciem regule c. mundus est in eternitate infinitus/τ in bonitate τ malicia finitus. Et per quartam speciem regule c. habet quietem in generabilibus τ corruptibilib⁹: in generabilibus ratione boni: τ in corruptibilibus ratione mali. Et per secundam speciem regule d. diuina eternitas τ sua bonitas necessitant malum: τ quietem: causando eternitatem mundi. τ cuz omnia ista sint impossibilia/patet ꝙ de questione negatiua tenenda est.

De camera B.C.T.B.

lõ.2.de nera C.T.



I mundus est etern⁹/sunt due eternitates differentes: scilicet eternitas dei τ eternitas mũdi. Et sic differentia que est inter sensuale τ sensuale/inter sensuale τ intellectuale/inter intellectuale τ intellectuale ponit quidem tres eternitates generales differentes. Et bonitas ponit ipsas bonas: τ magnitudo magnas: sed hoc est falsuz τ impossibile: eo quia differentia ponit ipsas malas ſm quid: τ sic deficit magnitudo bonitatis. τ per consequens bonitas magnitudinis ponit confusionem: quod est impossibile. Cõcluditur ergo ꝙ de questione negatiua est tenenda.

De camera B.C.T.C.



I mundus est eternus/concordantia innata que est de essentia mũdi inter sensuale τ sensuale τc. est eterna: τ sic sunt tres concordantie τ tres eternitates subalternate generales cum magnitudine bonitatis τ eternitatis: τ cũ duratiõe eterna magnitudinis τ bõitatis: qđ falsum ẽ τ impossibile/eo ꝗ sunt tres contrarietates subalternate τ eis opposite cũ magnitudine malicie τ eternitatis. ¶ Ulteri⁹ ꝑ regulã b. τ ꝑ ħ qđ de diffinitionibus diximus/negatio est tenenda: τ hoc idez patet per primã speciem regule c. τ d. quoniam concordãtia generalissima per suam scalam ponit ꝙ eternitas dei τ eternitas mundi in vno bono cum magnitudine concordant/qđ falsum est: ꝗ contrarietas magna τ eterna hoc impedit. ¶ Itẽ ad idẽ secunda species regule c. τ d. ponit ꝙ si mundus est eternus/ꝙ concordantia bona/magna τ eterna ambit totam essentiam mundi disparatam ab omni contrarietate/quod falsum est. ¶ Ulterius per tertiam speciem regule c. posito ꝙ mundus sit eternus/est essentia mundi eterna cum magnitudine eternitatis/quod falsum est: cum in mundo sit corruptio τ culpa/que sunt effect⁹ magnitudinis τ contrarietatis et malicie. ¶ Ad idem per quartam speciem regule c. cõcordantiã habet magnam bonitatem et eternitatẽ in subiecto in quo est/qđ falsum est: cum subiectum sit habituatum de magna malicia τ eternitate per contrarietatem. ¶ Ad idem per tertiã speciem regule d. significatum est ꝙ mundus sit eternus: et est tantum subditus malicie quantum bonitati: quod non est dicendum: vt manifestum est per diuinam eternitatem/que prima causa est cum magna concordantia bonitatis/durationis τc.

Qõ.3. de camera B.C.T. C.

De camera B.C.T.D.



I mundus est etern⁹/sequitur ꝙ est bona τ magna cõtrarietas eterna inter sensuale et sensuale τc. quod est impossibile. Quoniã cõtrarij fines nõ possunt esse boni cũ ma=

Qõ.4. de camera B.C.T. D.

gnitudine eternā. qꝛ si sit bonitas/est ꝛ ratio quod produceret bonum et malum. Et magnitudo magnificaret bonū ꝛ malum infinite cum eterna contrarietate. ꝛ eternitas faceret durare illā contrarietatem magnam/bonam ꝛ malā. quod est impossibile. ¶ Regula b. dicit ꝙ mundus non est eternus per hoc qđ dictum est de diffinitionibus. Et prima species regule c.d. ponit primitiuas contrarietates bonas/magnas ꝛ eternas. ꝛ secunde species c. ꝛ d. ponunt compositionem bonitatis ꝛ malicie/magnitudinis ꝛ paruitatis/eternitatis/ꝛ temporis ꝛ contrarietatis/atqꝫ concordantie/ quod est impossibile. ¶ Ad idem: tertia species regule c. ponit ꝙ cōtrarietas est bona ꝛ magna in eternitate/ꝛ per consequēs bonitas ꝛ malicia sunt bone ꝛ magne in eternitate/quod est impossibile. ¶ Ad idem per quartam speciem regule c. ꝛ etiā tertia species regule d. habēt dominiuꝫ in eternitate: ꝛ bonitas ꝛ magnitudo habent possessiones eternas super eterna contrarietate/quod est impossibile. Cōcluditur ergo ꝑ predicta ꝙ mundus non est eternus.

De camera B.D.T.B.

Qō.5. de camera B.D.T.B.



Osito ꝙ mundus sit eternus/differentia quidem q̄ est inter sensuale ꝛ sensuale ꝛc. ponit ꝙ sūt tres eternitates bone et eterne/in quib⁹ bonitas est ratio ꝑducens bonum inconfusum ꝛ eternum/ qđ falsum ꝛ inopinabile est. Differētia quidem existens inter sensuale ꝛ intellectuale: scilicet in sorte ꝛ platone/nō fuit ꝑducta ab eterno ꝛ in eterno: eo qꝛ non est. Et simili modo potest dici de brutis corruptis/elementatis ꝛ vegetatis. Supposito ꝙ mundus non sit eternus. Differētia que fuit inter sensuale ꝛ intellectuale/ꝛ sic de aliis hominibus defunctis: potest quidem reduci in eternitatē per resurrectionē cū habitu bono ꝛ eterno a deo per meritum dato. ¶ Item regula b. hoc idē affirmat/ꝛ prima species regule c. nam deus est ens remunerans in eternū. Adhuc prima species regule d. dicit ꝙ eternitas dei simpliciter est primitiua ꝑ eternitatē differentē ab omni tꝑe. Et bonitas quidem ponit talem differentiam bonā. ¶ Scđa species ho regule c. ponit ꝙ in eternitate mundi non est innatū eternare: quia si esset/ multiplicaret extensiue infinitū eternatum/qđ est impossibile. ¶ Ad idē: secunda species d. ponit ꝙ si mundus est eternus/qđ est cū differentia/ipsa tñ eternitate continente in se eternantē/eternatum ꝛ eternare: ex quib⁹ eternitas mūdi est/quod est impossibile. ¶ Ad idē potest dici per secūdam speciē regule c. et tertiam d. ꝙ differētia in eternitate dei ꝛ mundi est bona. qđ falsuꝫ est/eo quia submittit eternitatē dei iniꝰtuꝫ aufert ab ipsa singularitatē eternaꝫ. ¶ Ulteri⁹ quarta species regule c. ponit ꝙ si mundus est eternus/ꝙ habet nimis de similitudine cum deo per infinitaꝫ durationē: qđ est malū eternum ꝛ cōfusuꝫ: ğ ꝛc.

De camera B.D.T.C.

Qō.6. de camera B.D.T.C.



Osito ꝙ mundus sit eternus/eternitas dei ꝛ eternitas mūdi bene quidē cōcordant/quod est impossibile. cū eternitas mūdi in se cōtineat eternā maliciā per corruptioneꝫ ꝛ peccatū: ꝛ hoc apparet satis per regulam b. cū diffinitiōe bonitatis/eternitatis ꝛ cōcordantie. ¶ Ulteri⁹ prima spēs regule c. ponit ꝙ si mundus est eternus sequiꝛ ꝙ sua eternitas est ens vltra qđ non est aliud preiacens ꝑ durationem/ qđ est ꝯ eternitatē dei: vt ptꝫ ꝑ tertiam speciē regule d. que quidem ponit subiectionē que nō potest ꝑducere in nō esse hoc qđ est sibi simile in duratione. Et h̄ etiā affirmaꝛ ꝑ primā speciē regule d. q̄ qđē dicit ꝙ mūdus semꝑ fuit/est ꝛ erit. ¶ Item secūde species regule c. ꝛ d. hoc ponunt. nā substātia mūdi est de eternitate/eternabili ꝛ eternare. Et sic impossibile est ipsum reducere in nō esse. ¶ Ad ideꝫ. tertia species regule c. ponit ꝙ bonitas ꝛ eternitas sunt subdite in eterna contrarietate. Et quarta species eiusdē regule dicit ꝙ habet passionē cum malicia. ergo ꝛc.

De camera B.D.T.D.

Qō.7. de camera B.D.T.D.



I mundus est eternus/sua ꝯrietas innata est bona et eterna: qđ falsuꝫ est. Cōtrarietas eīm eterna est ꝯ bonitatē eternā cū malicia ꝛ ecōuerso. ¶ Un̄ sequiꝛ ꝙ eternitas mūdi est subiectū ex cōtrariis innatis cōpositū. Et hoc ptꝫ ꝑ primā ꝛ scđam speciē regule d. ꝛ ꝑ primā speciē regule c. ꝙ substātia est cōposita ex primitiuis ꝯtrariis et

eternis. Et per secundã speciem regule c. mũdus habet eternaliter innatos/contrariantẽ/ contrariatũ et cõtrariare. Et per quartam speciem regule c. bonitas eterna habet actionẽ in eterna malicia et econuerso: qđ est valde impossibile: cũ regula b. minime ad hoc consentire possit. ¶ Cõcludit ergo q impossibile est q mũdus sit ab eterno.

De camera B.T.B.C.

Qõ. 8. de camera B.T.B.

Si mundus nõ est eternus/ bonitas et differentia existẽtes inter sensuale et intellectuale etc. possunt habere cõcordantiam in euo eterno. Sed si est ab eterno/ nequaq̃: cũ nũq̃ fuerit primus homo neq̃ vltimus erit. Et sic mundus est subiectum confusum in quo bonitas moralis nõ haberet concordantiam ab eterno: neq̃ cõcordãtia in ipso haberet concordantiã ab eterno: neq̃ concordantia in ipso haberet suaz diffinitionẽ: quod patet per euiternam corruptionem/ priuationẽ et culpam/ qđ est contra primam regulam. Et per primam speciem regule c. mũdus est subiectum in quo bonitas nõ habet concordãtiam neq̃ quietem. Et per primã speciẽ regule d. bonitas/ differẽtia/ cõcordãtia sunt primitiue forme et innate a perfectione separate: et mundus est confusus per secundam speciem regule d. Et per secundã speciẽ regule c. habet innatos/ confusiuum/ confusibile et confundere. Per tertiã ꝯo speciem regule d. est aliquod ens dominãs quod ponit mundũ confusum. Adhuc per tertiam speciem regule c. prima causa mundi est mala/ ipsa quidem habente in mundo dominium. Et hoc ratione quarte speciei regule c. quod est impossibile: ergo cõcluditur q mũdus nõ est eternus.

De camera B.T.B.D.

Qõ. 9. de camera B.T.B.

Si mũdus est eternus/ cõtrarietas sua est innata et eterna et substentata in bonitate et malicia/ contra claram differẽtiã: et hoc per eternã et vniuersalẽ scalaz existẽtẽ inter sensuale et sensuale etc. Talẽ quidẽ scalã cõtrarietas nequaq̃ sustinere posset. ¶ Ulterius prima regula cõsentit oĩmode et affirmat q de questione negatiua est tenenda. Ad idez prima species regule c. ponit q si mundus est eternus: q cõtrarietas est impediens omne bonũ diuisum per sensuale et sensuale etc. Et bonitas quidẽ eterna est ens perficiens scalam existentem inter sensuale et sensuale etc. Et differentia existens inter sensuale et sensuale/ est ens distinguens inter bonum et malum. Et iterum per secundam speciem regule d: mundus est compositus ex primitiuis cõtrarietatibus bonis et differentibus. Qđ quidẽ est falsum et manifestũ p primaz speciẽ regule d. Per secundam ꝯo speciem regule c: et tertiam speciem eiusdẽ regule: et tertiaz speciem regule d. patet q mundus est subditus suis partibus innatis. Adhuc per tertiam speciem regule c. est in suis partibus innatis corruptibilibus/ ipso habente, ratiõe quarte speciei habitũ eternum. Et cum omnia sint impossibilia: ergo etc.

De camera B.T.C.D.

Qõ. 10. de camera B.T.C. D.

Si mũdus est eternus/ sua bonitas quidẽ eterna et innata est per scalam de sensuali et sensuali etc. ipsa sua la existente habituata de eterna concordantia atq̃ contrarietate: qđ est impossibile/ ex eo qđ est contra diffinitiões predictarũ rationum. ¶ Ulterius regula b. idez testat negatiue. Adhuc prima species regule c. dicit q mundus est substantia composita ex contrarijs eternis ipso existente corruptibili/ cuz sit eternus: quod est valde impossibile et dissonum rationi. Item prima species regule d. ponit quidem primitiuam corruptionem/ ratiõe primitiue contrarietatis existẽtis inter bonitatem et maliciam. Cõcordantia autem primitiue ponit oppositum/ et scđe species regule c: et d. ponunt q mundus est commixtus ex contrarijs/ vno posito in alio. ¶ Amplius tertia species regule c. dicit q mundus est corruptibilis in sua contrarietate/ et incorruptibilis in sua concordantia/ et bonus in sua bonitate/ et malus in sua malicia. ¶ Ulterius regula d. ponit q mundus est subditus sue imperfectioni p aliquod ens existens extra suam essentiam. Et etiaz est a deo intantum separatus/ q deus bonus nõ est: sed est deus malus: qđ est impossibilissimum: quare etc.

De camera C.D.T.B.

Qõ.11. de camera C.D.T.B. 
Osito ꝙ mūdus sit eternꝰ queritur quid est differētia magna sue eternitatis per scalā de sensuali ⁊ sensuali ⁊c. Et respondendū est/ꝙ est ista essentia que ponit eternitatem distinctam inter sensuale ⁊ sensuale per eternantē/eternatum ⁊ eternare:ꝙ est impossibile.quia illa generabilia sunt incorruptibilia/ꝙ est contra eorū diffinitiōes. Regula etiā b.de predict testatur negatiue. Adhuc prima species regule c.ponit ⁊ cōsentit ꝙ diffinitio antedicta est falsa ⁊ impossibilis. ¶ Amplíꝰ prima species regule d.affirmat p̄mitiuas esse corruptiones ⁊ incorruptiones.p magnitudinem/magnas:⁊ p eternitatem/eternas.⁊ p differentiā/differētes siue claras. ¶ Itē secūde species c.⁊ d.ponunt mūdū esse cōpositū ex ipsis. ¶ Adhuc tertia species regule c.dicit ꝙ mūdus est in celo incorruptibilis ⁊ in elementatis corruptibilis/mūdo habēte naturā incorruptibilē ratione quarte speciei regule c.⁊ est incorruptibilis eternaliter cū magna differentia/ꝙ est ꝯtradictio/⁊ etiam contra tertiā speciē regule d.ergo ⁊c.

De camera C.D.T.C.

Qõ.12. de camera C.D.T.C. 
I mūdus est eternus:q̄rit̄ ꝗd est magna ꝯcordantia eternitatis sue? Et r̄ndendū est p diffinitiones magnitudinis/ꝯcordantie et eternitatis.p scđam speciem regule c.ꝙ est ens habēs in se innatos eternātē/eternatū ⁊ eternare. ¶ Adhuc p scđam speciē regule c.⁊ p primam ⁊ scđam speciē regule d.ꝙ sit de ipsis ab omni ꝯtrarietate remota.⁊ ꝙ habeat p magnitudinē sic extēsitatē sicut hꝫ per eternitatē infinitā durationē sm quartā speciē regule c.⁊ p tertiā ꝙ sit in magnitudine infinita sicut in eternitate a tertia specie reg̃le d.sepata:ꝙ ē falsū: vt ptꝫ p scalā de sensuali ⁊ sensuali ⁊c.

De camera C.D.T.D.

Qõ.13. de camera C.D.T.D. 
Onte sso ꝙ mundus sit eternus:q̄rit̄ ꝗd ē magna cōtrarietas magnitudinis ⁊ eternitatis? Et respondendum est p primam speciem regule c.ꝙ est infinita resistentia inter diuinam magnitudinem ⁊ eternitatem. Et ad hoc testatur prima species regule d. nam diuina eternitas causat infinitam durationem sibi similem:et magnitudo causat magnitudinem celi finitam sibi dissimilem.⁊ per tertiam speciem regule d.magnitudo dei est impedita in suo effectu agēdo:eternitas ꝟo nequaꝗ.vñ sequitur p accidens magna ⁊ eterna cōtrarietas inter diuinam eternitatem ⁊ magnitudinem per secundam speciē regule c.⁊ d.vnde sequitur ꝙ magnitudo dei est in sua eternitate ꝯtrarians ⁊ ecōuerso. Et etiam videt̄ ꝙ diuina eternitas habeat altius posse ⁊ vigorē/ꝗ̄ magnitudo sua:quod est falsum ⁊ impossibile:et hoc probatur per regulam b.et diffinitiones magnitudinis/bonitatis ⁊ eternitatis.ergo ⁊c.

De camera C.T.B.C.


Ato ꝙ mūdus sit eternus: queritur quid sit magnitudo sue differentie ⁊ concordantie? Et respondendum est per primam speciē regule c.d.ꝙ sunt primitiue essentie ⁊ eterne ab omni contrarietate separate.⁊ per secundā speciem regule c.d.est compositus ex ipsis absq̄ cōtrarietate:quod est impossibile/vt apparet per scalā de sensuali ⁊ sensuali ⁊c. Que quidem scala/est propria passio mundi cum tertia specie regule d.que ponit ꝙ mundus sit subditus corruptioni ratione ꝯtrarietatis habentis in mundo magnam ⁊ eternam actionem. ¶ Nec autē regula b ⁊ diffinitiones predictorū principiorum sustinere nō possent.ergo ⁊c. Qõ.14. de camera C.T.B.C.

De camera C.T.B.D.


I mundus est eternus:queritur quid est magna contrarietas sue differētie? Et est respondendum per primam speciem regule c.d.ꝙ est illa scala existēs ē īter sensuale ⁊ sensuale ⁊c.habituata simpliciter de contrarietate composita per secundam speciem regule c.d. Solutio qua differētia coessentialis mundi est subdita.et p tertiam speciem regule c.d. contrarietas est actiua in differentia.et per quartam speciem/contrarietas habet actus eternos simpliciter:ꝙ est impossibile/vt est manifestum per scalam sensualis ⁊ sensualis ⁊c.⁊ etiam per regulam b.⁊ diffi- Qõ.15. de camera C.T.B.D.

nitiones dictorum principiorum ergo ꝛc.

De camera C.T.C.D.

Quo. 16. de camera C. T.C.D.



Posito q mūdus sit eternus querit qd est magna distantia existens inter suam magnam concordātiā ꝛ ꝯrietatē? Et rñdēdū est per primā speciem regule c.d. q est illa forma que causat contradictionē: qd apparet per scalam eternam existentē inter sensuale ꝛ sensuale ꝛc. eo qȝ cōiungit se in eternitate que est simplex principium/in quo sunt composita per scdam speciē regule c.d. Et vnū quidem principiū est subditum alteri/per tertiā speciē regule d. et secunda ꝛ tertia species regule c. ponūt magnam distantiam ꝛ eternā: cum concordantia ꝛ contrarietas sint opposite in subiecto/vna habente in alia contrariam naturā p quartam speciem regule c. Et qȝ eternitas mundi ponit sibi coessentialem contradictionem/que quidē contradictio minime pōt esse. Concluditur ergo q mundus non est eternus.

De camera D.T.B.C.

Quo. 17. de camera. D.T.B.C.



Dato q mūdus sit etern⁹: q̄rit de quo ē sua eternitas? Rñdendū est per primā speciem c.d. q est de primitiuis infinitis ꝛ finitis differētijs/cōcordātijs in scala sensualis ꝛ sensualis ꝛc. substentatis. Eternitas q̄dē quo ad suū genus/est infinita duratio ꝯrietatis atqȝ cōcordātie que sunt in scala quo ad genus earū: ꝛ sunt finite in extensitate/ꝗtitate atqȝ habitu ꝛ situ: ꝛ in eternitate sunt eterne. vñ sequit̃ p scdam speciē regule c.d. q mūdus est cōposit⁹ ex partib⁹ infinitis ꝛ finitis/eternitate habente dominationē p quartā speciē regule c. ꝛ p oēs alias partes īnatas que finite sunt. ¶ Adhuc habet subiugationē per tertiā speciem regule d. qd est falsum ꝛ impossibile/ꝛ etiā cōprobat̃ per regulā b. ꝛ per diffinitiones antedictorū principiorum. ergo ꝛc.

De camera D.T.B.D.

Quo. 18. de camera D.T.B.D.



Si mūdus est eternus: querit̃ de quo sunt sue ꝯrarietates ꝛ differentie innate et sibi coessentiales/q̄ sunt ꝓprie passiones eius in scala sensualis ꝛ sensualis ꝛc. substentāte? Et respondendū est p primā speciem regule c.d. q sunt de primitiuis ꝛ eternis differentijs/ꝛ contrarietatibus que componuntur per secundam speciem regule c.d. ipsis habentibus dominationē et subiugationē p quartā speciem c. ꝛ p tertiam speciē d. vna ratione siue principio existēte in alio subiecto eterno/sicutvn⁹ punctus naturalis in alio puncto ex quibus linea est continua ꝛ cōposita: qd est falsum ꝛ impossibile. ꝛ etiam est manifestū per regulam b. ꝛ per diffinitiones principiorum ergo ꝛc.

De camera D.T.C.D.

Quo. 19. de camera D.T.C.D.



Posito q mūdus sit etern⁹: q̄ritur de quo sunt sue naturales ꝛ sibi coessentuales concordantie ꝛ ꝯrarietates per scalam de sensuali ꝛ sensuali ꝛc. designate: et similiter queritur de quo sunt sue morales concordātie ꝛ contrarietates? Et respondendū est per primā speciem regule d. q sunt de seipsis: ꝛ per primam speciem regule c. eternitas est ens ex contrarijs compositum: qd ꝓꝫ per secundā speciem regule c.d. ipā habente in seipsa concordantē/contrariantem ꝛ eternantē: ꝛ concordatum/contrariatū ꝛ eternatū: concordare/contrariare ꝛ eternare: quod quidē est ponere oppositum in obiecto. Et mundus est in partibus suis corruptibilibus ꝛ incorruptibilibus/vt est manifestū per tertiam speciem regule c. ipsa habente p quartā speciē eiusdē regule infinitas in numero reuolutiones/multiplicādo infinitum numerum ꝛ eternū/mundo existente in infinito/quiete ꝛ labore/qd est falsum et impossibile: ꝛ hoc ꝓbatur p regulā b. et diffinitionē eternitatis ꝛ concordantie ꝛ cōtrarietatis. Concluditur ergo satis manifeste q mūdus nō est eternus.

De camera T.B.C.D.

Quo. 20. de camera. T.B.C.D.




Si mūdus est eternus: queritur virum sue differentie/concordantie ꝛ contrarietates sint eterne? Et respondēdum est q sic/vt patet in secunda figura per triangulū viridem. ¶ Nam priuata vniuersali differentia/cōcordantia atqȝ cōtrarietate/mundus quidē nō haberet ex quo esset. Et sic patet per secundā spe-

ciem regule d.ꝛ c.ꝙ mundus est ex par=
tibus p̄mitiuis ad aliquem finem eter
num ordinatis per differentiam ꝛ cōcor
dantiam ꝛ nō ex partibus p̄mitiuis or
dinatis ad alique finem eternum p̄ dif=
ferentiam ꝛ contrarietatem. Et sic diui
na eternitas est causa mundi ꝛ nō cau=
sa. Et per secundam speciez regule c.d.
mundus est compositus ꝛ nō compositꝰ
ipso habente per quartam speciem par
tes innatas ꝛ nō innatas. Et per tertiaz
speciem regule c. est in fine ꝛ nō in fine.
Et per tertiam speciem regule d. mun=
dus est subditus deo ꝛ nō subditus/ne=
cessitatus ꝛ nō necessitatus/ꝛ a contin=
gentia remotus ꝛ cū contingentia con=
iunctus: ꝛ sic est ꝛ non est. ¶ Et cū oīa
ista sint contradictoria/falsa et impossi
bilia: quod patet per regulam ꝛ diffini=
tiones antedictorum principiorū. De=
monstratum est ergo satis euidenter ꝙ
mundus non est eternus. ¶ Probauimꝰ
mundum esse nouum/per quam proba=
tionem est necessarium deū esse/cū mū=
dus nō possit seipsuz causare atq̄ dedu
cere de nō esse in esse: quia si sic/iā esset
Correlarium. antequā esset/qđ est contradictio. ¶ Inue
nimus ergo deum esse cum sua gratia ꝛ
benedictione ex qua inuentione gaudea
mus valde/ex eo ꝙ habebimus eē post
mortem ratione sue magne bonitatis et
iusticie ꝛ charitatis.

Cōclusio. ¶ Data est ḡ doctrina practice istius
artis/videlicet per quem modum intel=
lectus descendit ad particularia multi=
plicando viginti rationes ad vnā ꝛ ean
dem conclusionem / miscendo principia
ꝛ species regularū/cum quibus mixtio=
nibus ꝛ inuentionibus fiunt solutiones
questionum. Et hoc exemplificatum est
per primam columnam: ꝛ similiter exē=
plificari potest per secundam ꝛ tertiaz
Generale subiectum huꝰ artis. ꝛc. per ordinem. ¶ Et in isto passu appa
ret: per quez modum intellectus habet
generale subiectum: scilicet tabulam hu
ius artis ad inueniendū media de qua=
cunq̄ materia sint/posito ꝙ sciatur qđ
dicitur per nomen/de quibus ꝛ cū qui=
bus scilicet medijs fit cōclusio que quidē
media sunt subiectum huius artis.

¶ Finis q̄nte ꝑtis p̄ncipalis huiꝰ opis.

Sexta pars principalis De euacuatione tertie figure.



Ertia figura est diuisa in triginta sex cameras vt in ipsa patet: et in qualibet camera sunt implicate duodecim ꝓpositiones ꝛ viginti quattuor questiones et Rubrica sexte partis. solutiōes earū. ¶ Et vocamꝰ euacuare/ Euacuare quid est. quando extrahimꝰ propositiones/ꝛ que
stiones/ꝛ solutiones earuz: ꝛ de impli=
catione ad explicationem ipsam deduci
mus doctrinam/dando artificialiter et
practicaz huius artis. Sicut enī h̄ solue
mus questiōes cū principiorū diffinitio=
nibus ꝛ speciebus regularum/sic potest
artista huius artis cuz ipsis questiones
soluere peregrinas/supposito tñ ꝙ arti
sta sciat quid dicitur per nomen.

De camera B.C. tertie figure



N camera ista primo facie
mus propositiones mutan
do subiectum in predicatū:
deinde faciemus questiōes
ꝛ sicut exemplificabimꝰ de Prima camera que est: B.C.
duodecim ꝓpositionibus camere b.c. ita
potest exemplificari de alijs cameris cō
tentis in ista tertia figura. Et postmo=
dum solutiōes faciemus ꝓbādo p̄ tres
propositiones in qualibet camera. Et si
cut de illis exēplū dabimus/ita pōt dari
de alijs ꝓpositionibus cōtentis in eisdē
cameris. ¶ De primo igitur dicendū est
sic. ¶ Unde sciendum est ꝙ in tertia figu
ra intellectꝰ euacuat cameras/eo quia
abstrahit ab ipsis tantū quantum pōt/
recipiēdo a qualibet camera ea que lit=
tere significant/ꝛ applicet illa significa
ta ad propositum. Et sic ipse intellectꝰ
facit se applicatiuū/inuestigatiuū ꝛ in=
uentiuum. Et de hoc dabimꝰ exēpluz de
vna camera ꝯtinēte duodecim ꝓpositio
nes supradictas. Et sicut sequitur de illa/
ita sequet̄ de alijs. Et hoc sic. ¶ De ca=
mera b.c. intellectus haurit duodecim
ꝓpositiones dicēdo sic. Bonitas est ma=
gna/bonitas est differens/bonitas est
cōcordans. Magnitudo est bona/magni
tudo est differens/magnitudo est cōcor=
dans. Differentia est bona/differentia
est magna/differentia est concordans.
Cōcordātia est bona/ꝯcordantia est ma
gna/ꝯcordātia ē differēs. ¶ Factis istis
xij. ꝓpositiōibꝰ mutādo subiectū in p̄di
catū ꝛ ecōuerso/hec camera est euacua=

ta ipsis propositiõib⁹. Deinde euacuet eaȝ duodecim mediis/eo q̄ cõsistit iter subiectũ ꝛ predicatũ cum quibus conueniunt genere aut specie. Et cuȝ illis mediis intellectus faciet se disputatiuuȝ ꝛ determinatiuum. Et ista media supradicta extrahuntur a duodecim propositionibus supradictis: vt cũ dicitur. omne id qđ magnificaṫ a magnitudie/ē magnũ: sed bonitas est id quod magnificatur a magnitudine: ergo bonitas est esse magnuȝ. et sic de aliis. ¶ Facta ista euacuatione/intellectus euacuet ipsam cameram viginti quattuor questionibus: eo quia in qualibet propositione sunt due questiões implicate. Et hoc sic. Bonitas est magna. Utrum bonitas sit magna? Quid est bonitas magna? Bonitas est differens. Utrum bonitas sit differens? Quid est bonitas differens? Bonitas ē concordans. Utrum bonitas sit concordans? Quid est bonitas ꝯcordans? Magnitudo est bona. Utruȝ magnitudo sit bona? Quid est magnitudo bona? Magnitudo est differens. Utrum magnitudo sit differẽs? Quid est magnitudo differens? Magnitudo est cõcordãs? Utrũ magnitudo sit concordãs? Quid est magnitudo concordans? Differẽtia est bona. Utrum differentia sit bona? Quid ē differẽtia bona? Differẽtia est magna. Utrum differentia sit magna? Quid est differentia magna. Differentia est concordans. Utrũ differentia sit cõcordãs? Quid est differentia concordans? Cõcordantia est bona. Utrum cõcordantia sit bona? Quid est concordantia bona? Cõcordantia est magna. Utrum concordantia sit magna? Quid est ꝯcordantia magna? Concordantia est differens. Utruȝ concordantia sit differens? Quid est cõcordantia differẽs. ¶ Facta ista euacuatione questionũ/deinde intellectus euacuet cameram cum diffinitionibus bonitatis et magnitudinis/ ꝛ cum tribus speciebus/differentie ꝛ concordantie: vt patet in scđa figura. ¶ Deinceps euacuet cameram cum tribus speciebus regule b. ꝛ cũ quattuor specieb⁹ regule c. ꝛ expedita ista euacuatione intellectus postmodum soluat questiones p̄dictas i illa euacuatione/sequendo ꝯditiões camere/affirmãdo aut negando. Et sic intellectus expellit a camera dubitationes/et consistit in illa quietatus/ꝛ etiã cognoscit se valde generalem ꝛ artificiatum/et de magna scientia habituatuȝ. ¶ Modo autem solutiones faciem⁹ probando per três propositiones/vt sequamur ordinẽ prelibatũ. Et hoc sic. Bonitas est magna. Utrũ bonitas sit magna? Et respondendum est q̄ sic. Quod patet per diffinitionem magnitudinis/ et per primã speciem regule c. que dicit q̄ magnitudo est ens ratione cuius bonitas est magna. Et per secundam speciẽ regule c. visum est q̄ bonitas magna ē eo q̄ habet coessentiales bonificatiuũ/ bonificabile et bonificare / cum quibus habet magnã naturam ꝛ quieteȝ: vt patet per quartã speciẽ regule c. ꝛ per tertiã speciẽ eiusdẽ regule est in differẽtia ꝛ concordantia cũ diffinitionibus earũ/ distinguendo ꝛ cõcordando: ꝛ hoc intra suum genus et suã essentiam ex quibus oritur moraliter bonitas magna. Probatũ est ergo q̄ bonitas est magna. Et ad hoc quidẽ testatur regula b. ¶ Queritur quid est bonitas magna? Et respondendum est per primam specieȝ regule c. q̄ bonitas magna/est illa essentia que per secundã speciẽ regule c. continet in seipsa distinctos ꝛ cõcordãtes/ bonificantem/bonificatum/ ꝛ bonificare: qui quidem sunt de sua essentia ꝛ natura/cum quibus habet per quartã speciem proprias actiões/passiones ꝛ act⁹: cum quibus per tertiaȝ speciẽ fit mota moraliter: tunc quomodo est magna ratio bono/ q̄ producat de seipsa magnuȝ bonuȝ. ¶ Absq̄ omnibus istis/ bonitas non potest esse intẽse ꝛ naturaliter magna. neq̄ etiã esse de genere substãtie. ¶ Queritur vtruȝ bonitas sit differẽs? Et respõdendũ est q̄ sic: vt patet in ãgulo secunde figure: et etiam per differentiam bonitatis. Bonitas enim non esset ratio bono/ q̄ p̄duceret bonuȝ: nisi esset differentia/siue nisi haberet naturã differentie: neq̄ etiam differentia posset causare omnes naturales cum propriis ꝛ naturalibus passionibus. Et hoc probat regula b. et etiam c. Et hoc per primam speciem. quoniã nisi bonitas esset differens / iam non posset fieri de ipsa ista diffinitio / bonitas est ens cui proprie competit bonificare. Et per secundam speciem/bonitas est relatiua naturaliter. Et per tertiam/bonitas est habitus: vnus inter istud sensuale ꝛ illud sensuale: et alius habit⁹ inter istud sensuale ꝛ illud intellectuale ꝛc. Ulterius p quartam speciem eiusdem regule/bonitas habet vnam naturaȝ in isto lapide: et aliam in illa planta ꝛc. ¶ Queriṫ qđ est bonitas differens? et respondenduȝ est per primaȝ speciẽ q̄ bonitas est illa ratio cum qua bonificans distinguit a

seipso bonificatum et bonificare. Adhuc per secundā/bonitas differens est illud ens quod habet in se coessentiales et naturales relationes/tota essentia bonitatis existente in quolibet relato cum simplicitate. Ulterius per tertiā speciē/bonitas differēs est in pluribus habitib' specie differētibus diffusiua. Una nāq3 est in auro: alia vero i rubisso etc. Ad idē per quartam specie3/bonitas differēs habet vnum habitum in vno subiecto: alium in alio/ vt per regulam b.c. probatum est. ¶ Bonitas est concordans. Utrum bonitas sit concordās? Et respōdendu3 est ꝙ sic/per primam speciem. Nisi enim esset concordās/iam nō esset ratio bono ꝙ produceret bonum in sua specie. Et per secundam specie3/nisi bonitas esset concordans/sui quide3 relatiui carerent concordantia: quod esset sibi malum: et essent contra suam naturam et suum genus. Ad idem per tertiā speciē ratione concordantie bonitatis/ est bonitas iter sensuale et sensuale/ habitus bonus concordatiuus/diffusiuus. Ad idem per quartam speciē/ bonitas cum sua concordantia habet naturam diffusiua3 inter sensuale et sensuale etc. Et hoc per diffinitionem bonitatis et cōcordantie/et per regulam b. demōstratu3 est. ¶ Queritur quid est bonitas cōcordans? Et respondendum est per primam speciem regule c. ꝙ bonitas concordans est illa essentia in qua concordāt proprie bonificans/bonificatum et bonificare. Et hoc probabile est per secundā speciem. Ad idem per tertiam/bonitas concordans est illa forma qua vnus hō et alius homo sunt ide3 specie. Ad ide3 per quartam speciem/bonitas concordans est illa natura cum qua vnus homo bonus habet concordantiam bona3 cum alio naturaliter siue moraliter.

De camera B.D.

Secunda camera d B.D.

Bonitas est durans. Utrum bonitas sit durans? Et respondendum est ꝙ sic/per diffinitionem durationis: et hoc idem per suam diffinitionem/et per angulos b.c. designatos in secunda figura. Et hoc probat regula b. et similiter regula d. per oēs suas diffinitiones: sicut per primam per quā est primitiua: vt cu3 dicitur: bonitas h3 res relatās et sibi coessentiales cum quibus in sua natura durat/et hoc probat secunda species d. Si enim bonitas esset de bonificatiuo/bonificabili et bonificare: impossibile quidem esset ꝙ haberet naturam durandi per se. Et per tertia3 speciem regule d. bonitas quidem ē durabilis quo ad se substantialiter/et etiā durant accidētia bona influxa ab ipsa: et hoc naturaliter et moraliter. ¶ Queritur bonitas durans de quo est? Et respondendum est per primam specie3 ꝙ est de seipsa/eo ꝙ habet primitiuos relatiuos ex quibus est: quod patet per secundam speciem d. Ad idem: bonitas ē subdita suo toti in quo est. Et hoc probatum est per regula3 b. ¶ Bonitas est differens. De ista aute3 camera iam superius dictum est in camera b.c. ¶ Bonitas durans de quo est? Et respondendum est per species regule d. vt supra significatum est. ¶ Bonitas est cōtrarians. Utrum bonitas sit contrarians? Et respondendum est ꝙ sic: vt patet per scalam de sensuali et sensuali etc. Et ad hoc testantur diffinitiones bonitatis/differentie et contrarietatis: et per regula3 b. ¶ Ad idem: bonitas contrarians de quo est? Et respondendum est ꝙ est de pluribus habitib' bonis: sicut de caliditate/frigiditate/humiditate et siccitate/ponderositate et leuitate/ generatione et corruptione: et huiusmodi. Et hoc per primā speciem verum est. Per secundam vero speciem regule d. bonitas contrarietatis est per accidens/ sicut in elemento in quo elementa contrariantur per contrarias qualitates. Per tertiam vero speciem visum est ꝙ contrarietas que est accidens/est subdita bonitati substantiali sicut instrumentū cause efficienti.

De camera B.E.

Tertia camera de B.E.



Bonitas est potens. Utrū bonitas sit potens? Et respondendum est per diffinitiōes bonitatis atq3 potestatis ꝙ sic/eo quia potestas est ens ratione cuius bonitas potest existere et agere. Et nisi bonitas esset potens/iam non posset esse ratio ꝙ bonus produceret bonū. Et etiam regula b. affirmat ꝙ bonitas potens est. ¶ Bonitas quare est potēs? Et respondendum est per primam speciem regule e. eo quia ē de coessentialibus bonificatiuo/ bonificabili et bonificare. Et sic bonitas vt agens et potēs

bonificat bonificabilia peregrina i suo bonificabili intrinseco: que quidem bonificabilia peregrina/non sunt de genere/neqꝫ natura bonificabilis intrinseci ipsius bonitatis. Per secundã vero speciē/bonitas est potens vt alie essentie ex ipsa sint habituate. et hoc per regulam b. visum est. ¶ Bonitas est differēs ad hoc iam responsum est in camera b.c. ¶ Bonitas est principians: vtrum bonitas sit principians? Respondendum ē ꝙ sic/per suaꝫ diffinitionem: eo quia ē ratio bono qđ producat bonum. ⁊ hoc probat diffinitio principij ⁊ differentie per scalam de sensuali ⁊ sensuali ⁊c. in quibus bonitas est principium generale a quibus descendit bona differentia existens inter istam plantam et illam. Et sic de bono principio causali ⁊ accidentali. et hoc affirmat regula b. ⁊ pria species regule e. ex eo ꝙ bonitas est p suũ bonificatuꝫ/bonificabile ⁊ bonificare. et p secũdã speciē bõitas est: vt alia pncipia sint sub ipsa bona habentia bonos habitus per ipsam bonitatem.

De camera B.F.

uarta mera ꝺ .F.

Bonitas est scibilis. Utrũ bonitas sit scibilis? Et respondendũ est ꝙ sic: quod patet per regulam b/⁊ per scalaꝫ differentie existentie inter sensuale ⁊ sensuale ⁊c. et etiam p tres species medij deductas in essentiaꝫ bonitatis/cum quibus intellectus cognoscit discretas relatiões naturales ex qbus bonitas hꝫ continuã q̃titatē. et diffinitio medij hoc probat. ¶ Utrum bonitas sit differens? Et respondendũ est ꝙ sic: vt probatum est in camera b.c. ¶ Bonitas est mediabilis. Utrum bonitas sit mediabilis? Et respondenduꝫ est ꝙ sic: qm differētia declarat ꝙ in bonitate ē bonificare medium existēs inter bonificantē ⁊ bonificabile. Aliter enim bonitas non posset esse ratio bono quod produceret bonum/neqꝫ haberet motũ naturalem. neqꝫ etiam relationes reales. Et hoc est satis probabile p regulaꝫ b. ¶ Bonitas quãtũ est scibilis? Et respõdendum est ꝙ tantum quantũ medium naturale siue morale intrare põt ipsam bonitatem per scalam existentem inter sensuale ⁊ sensuale cum diffinitione bonitatis/differentie/sapientie ⁊ medij. ⁊ hoc testatur regula b. ¶ Bonitas quãtũ est differētiabilis? Et respondenduꝫ est ꝙ tantum quantũ ipsa est diffusa p cameras tertie figure ratiõe mixtionis principiorũ habituatorum de bonitate. ¶ Bonitas quantuꝫ est mediabilis? Et respondendum est ꝙ tantum quãtũ medium ipsam intrare potest quo ad diffinitione medij/bonitatis/sapientie ⁊ differentie: vt probatum est per regulaꝫ b. Et per primã ⁊ secũdam speciē regule f. eo quia bonitas quo ad suã essentiã/hꝫ continuã quãtitatē: et quo ad suas relationes habet quãtitates discretas a differentia causatas.

De camera B.G.

Quinta camera ꝺ B.G.

ista camera est valde vtilis.


Onitas est amabilis. Utrũ bonitas sit amabilis? Et respondendũ est ꝙ sic: vt patet per diffinitionem bonitatis ⁊ finis/⁊ regulam b. et scalã sensualis ⁊ sensualis ⁊c. ¶ Utrũ bonitas sit differentiabilis? Et respondendũ ē vt supra dictum est. ¶ Bonitas est finibilis. Utruꝫ bonitas sit finibilis? Respondendum est ꝙ sic. Nã si nõ esset finibilis/iam non esset rõ bono qđ pduceret bonum/neqꝫ per differētiam esset ratio clara habens rationes naturales ⁊ intrinsecas/⁊ morales extrinsecas: et sui termini essent malicia ⁊ priuatio/qđ est falsum ⁊ impossibile. et hoc affirmat regula b. cum diffinitione bonitatis/differentie atqꝫ finis. et similiter scala de sensuali ⁊ sensuali ⁊c. ¶ Qualis bõitas est amabilis et differentiabilis ⁊ finibilis? Et respondenduꝫ est ꝙ bonitas substantialis est amabilis per suas ꝓprias passiones innatas et relatas/⁊ per differentiam declaratas/et per finē quietatas. Et est alia bõitas moralis siue accidentalis/sicut bonitas voluntatis/magnitudinis ⁊c. Et similiter bonitas iustitie/sapientie ⁊c. ¶ Qualis differentia bonitatis est amabilis? Et respondendum est ꝙ est illa que ponit in bonitate intrinsecas relationes et passiones. Et extra ponit relationes morales. et hoc per scalam sensualis ⁊ sensualis probatum est. ¶ Qualis finis est amabilis? et respondenduꝫ est ꝙ ē summus finis qui est prima causa ⁊ proprius finis bonitatis naturalis et etiam moralis. Et sic ꝺ fine differētie sine qua scala sensualis ⁊ sensualis ⁊c. vniuersum quieꝫ esse non potest: ⁊ esset priuatio/disparatio/ratione cuius priuationis mundus quidem non haberet esse. Nam ad destructio-

nem partiũ sequitur destructio totius. Et hoc per regulam b. significatũ est/ et etiam per regulam g.

De camera B.H.

Sexta camera de B.H.


Onitas est virtuosa. Utrum bonitas sit virtuosa? Et respondendum est q sic: qd patet per diffinitionẽ bonitatis/virtutis et maioritatis. et per scalã differentie existentis inter sensuale ⁊ sensuale ⁊c. Et similiter per scalam maioritatis existentis inter substantiam ⁊ substantiam ⁊c. et hoc per secũdã regulã b. affirmabile est. ¶ Utrum bonitas sit differens? Et respondendum est sicut prius. ¶ Bonitas est maior. Utrum bonitas sit maior? Et respondendum est q sic: nam bonitas magis bona est per substantiã q̃ per accidens. ⁊ per relationes substãtiales minores q̃ accidentales. et bonitas maior est in vno subiecto q̃ in alio sicut i scala sensualis ⁊ sensualis. et i scala maioritatis existentis inter substantiam ⁊ substantiã ⁊c. ¶ Bonitas quomõ est virtuosa? Et respondendum est q ẽ virtuosa tunc quando suum esse est/sed moraliter est virtuosa tunc quando est habituata habitu iusticie et prudentie ⁊c. et hoc per diffinitiões bonitatis/virtutis/maioritatis/differentie: et per regulam b. demonstratum est. ¶ Bonitas quando est differentiabilis? Respondẽdum est tunc quãdo est suum esse. ⁊ hoc per differentiam que ponit reales relationes sine quib⁹ non potest habere naturam. et etiam tunc est differentiabilis quando est moralis. Unus namq̃ habitus est per iusticiã: alius vero p prudẽtiam ⁊c. et per diffinitiones antedictorum principiorum probatũ ẽ. ¶ Bonitas quando est maior? Et respondendum est q tunc quando substantialiter et non moraliter. Adhuc est maior tunc quando est habituata de virtute morali existente in practica/q̃ quando non est in practica. Ulterius est maior quando agit cum charitate q̃ quando cũ iusticia. et sic illud idem iudicium est de agere substantiali et de agere accidentali. Et hoc per regulam b. probabile quidem est.

De camera B.I.

Septima camera B.I.


Onitas est vera. Utrũ bonitas sit vera? Et respondendũ est p regulã b. q sic. et similiter p diffinitionẽ bonitatis/virtutis/differẽtie ⁊ equalitatis. Si eñ bonitas non esset vera/tã bonitas non esset ratio bono qd pduceret bonũ: neq3 veritas posset ponere hoc in vero: neq3 enim differentia posset intrare inter bonificantẽ/bonificabile et bonificare veraciter: neq3 eq̃litas haberet subiectũ i quo quiesceret/ipsa existente inter cõcreta bonitatis: ⁊ sic esset destructa scala de sensuali ⁊ sensuali ⁊c. et silr scala de substãtia ⁊ substãtia ⁊c. et mund⁹ absq3 ipsis scalis minime potest esse/qd est impossibile. ergo bonitas est vera essentia ⁊ p se existẽs. ¶ Bonitas ẽ differẽs. Utrũ bõitas sit differẽs? et ẽ respondendũ sicut prius dictũ est. ¶ Bonitas est equalis. Utrũ bonitas sit equalis? Respondendum est q sic. quod patet per regulã b. ⁊ per diffinitiones antedictorum principiorum. Nam bonitas est ratio bono, qd producat bonum: ⁊ veritas ponit hoc in vero cũ differentia ⁊ equalitate/ad hoc vt bonitas existat equaliter diffusa inter veros bonificantem/bonificatum/bonificare: ⁊ per scalas d sensuali ⁊ sensuali ⁊c. ⁊ de substantia ⁊ substantia ⁊c. in secũda figura designatas. ¶ Bonitas vera vbi est? et respondẽdum est per primam speciẽ regule c.d. q ipa est in seipsa/cũ ipsa sit primitiua essentia quo ad suũ genus. et etiam per secũdam speciem regule c.d. est in suis bõis ⁊ veris concretis. et est in veritate/differentia ⁊ equalitate: sicut habitus in habituato. et etiam in scala de sensuali et sensuali ⁊c. et in scala de substantiali et substãtiali ⁊c. et h affirmãt regl'e b.i.k.

De camera B.K.

Octaua camera d B.K.


Onitas est gloriosa. Utrum bonitas sit gloriosa? Et respondendũ est q sic. et hoc pbant regule b.k. et diffinitiones bonitatis/glorie/differẽtie ⁊ minoritatis: vt patet in scala de sensuali ⁊ sensuali ⁊c. et in scala d substãtiali ⁊ substãtiali ⁊c. Gloria q̃dem est ipsi bonitati q habeat distincta concreta/bona ⁊ gloriosa/q̃ sint de suo genere ⁊ natura/cum quibus quiescat/⁊ sit disparata ɔfusiõe ⁊ minoritate. ¶ Utrũ volũtas sit differẽs? et rñdẽdũ ẽ q sic sicut superi⁹ est pbatũ. ¶ Bonitas ẽ minor. Utrum bonitas sit minor? et respõ=

dendū est ꝙ sicut patet in scala sensua
li ⁊ sensuali ⁊c. ⁊ in scala substantiali et
substātiali ⁊c. Bonitas quidē est minor
in lapide ꝙ̄ in plāta. ⁊ in planta est mi
nor ꝙ̄ in bruto. ⁊ in colore minor ꝙ̄ in vi
dere. ⁊ in videre minor ꝙ̄ in intelligere
⁊ sic de alijs. Et hoc per regulam b.K.
affirmabile est. ¶ Bonitas gloriosa quo
modo est? Et respondendum est/ ꝙ bo=
nitas gloriosa habet modū per differen
tiam que ponit ꝙ ipsa sit vna essentia
substantialis ab omnibus alijs distin=
cta: ⁊ ꝙ habeat res differentes substan=
tiales que sint de suo genere ⁊ natura/
cū quibus habeat naturā intrinsecam ⁊
in quiete positā. Et h̄ quidez gloriosum
est ei/ ipsa existente in gloria: ⁊ gloria in
ipsa bonitate. ⁊ habet modum moralez
in causando habitꝰ morales distinctos/
bonos et gloriosos. Et ad hoc testantur
regule b.K. ¶ Bonitas cum quo diffe=
rēs est? Respondendū est/ ꝙ differēs est
per seipsam/ ⁊ cū differentia que ponit
ꝙ ipsa essentia sit distincta ab omnibus
alijs essentijs que nō sunt de sua specie
⁊ natura. Et est alius modus cū quo bo
nitas est differens: videlicet cum suis re
latiuis sibi coessentialibus ⁊ substantia
libus cum quibus causat bonitates acci
dentales. Et hoc significatum est in sca
la sensuali ⁊ sensuali ⁊c. ⁊ in scala sub=
stantiali ⁊ substantiali ⁊c.

De camera C.D.

Nona camera que est C.D.



Agnitudo est eterna. Ma=
gnitudo eterna q̄d est? Re=
spondendū est per diffini=
tionez magnitudinis/ eter=
nitatis/ concordātie ⁊ ꝯtra
rietatis: dicēdo sic. Magni=
ficatio eterna est ens habēs in se ꝑ pri=
mam ⁊ secūdā speciē regule c.d. concre=
ta magna/ infinita ⁊ eterna/ atq̧ primi=
tiua. Et per tertiam speciez regule c.d.
dicta concreta sunt existentia cum infi=
nita magnitudine concordantie ⁊ etiaz
contrarietate/ atq̧ ab omni subiectione
separata/ ⁊ quolibet cōcreto existēte in
alio cōcreto. ¶ Tota quidē essentia eter
nitatis existit in quolibet predictoꝝ con
cretorum. ⁊ similiter totū esse concordā=
tie/ ⁊ quodlibet in alio suum numerum
distinctum habet ab alio/ tribus concre
tis existentibus pro vna essentia/ ⁊ non
pro pluribus. ¶ Magna concordantia
quid est? Magna ꝯcordātia est illa essen
tia que stat per secundam speciem regu
le c.d. ⁊ per tertiam speciez regule c. est
in alio tota essentia ꝯcordantie/ ⁊ quod=
libet concretū ꝯcordantie est tota essen=
tiā concordantie. Et etiā est domina om
nium aliarum concordantiarum accidē
talium siue peregrinarū. ¶ Magna cō=
trarietas quid est? Respondendū est/ ꝙ
est illa forma que causat corruptiōes in
eleuatis/ ⁊ causat habitus priuationis:
videlicet iniuriam/ luxuriam ⁊c. ¶ Que
ritur/ magnitudo eterna/ magnitudo cō
cordans et magnitudo contrarians de
quo sunt? Et respondendum est per hoc
quod dictum est superius: vt patet bene
intuenti. ¶ Et hoc facimꝰ isto modo cau
sa alleuiationis: ⁊ vt tedium non gene=
retur in intellectu addiscentis/ propter
replicationem.

De camera C.E.

Decima camerá/ q̄ est C.E.



Agna potestas q̄d est? Re=
spondendum est/ ꝙ est ens
in quo magnitudo ⁊ pote=
stas conuertuntur. Et hoc
per primam speciem regu
le c. significatuz est. Et per
secundam speciez regule c.e. magna po
testas est/ eo quia habet cōcreta forma
lia et sibi coessentialia: scilicet magnifi=
cantem/ possificantem/ magnificatum/
possificatum/ ⁊ magnificare ⁊ possifica=
re. Et hoc per secundam speciez regule
c significatum est: et etiam per primam
e. Per tertiam vero speciez regule c. est
in alijs essentijs ad hoc vt per ipsaz pos
sint existere ⁊ agere. Per quartam au=
tem habet actiones ⁊ passiones agendi
et patiendi in subiecto appropriato.
¶ Adhuc per secundam speciem regule
e. magna potestas est vt omnia alia a se
sint possibilia magnifice: et hoc ꝓbatur
per diffinitionem magnitudinis ⁊ pote=
statis. ¶ Magnitudo est concordans. q̄d
est magna concordantia? Respondendū
est per hoc quod dictum est in camera c.
d. Magnitudo est magnum principiuz.
Quid est magnum principium? Ad q̄d
dicendum est/ ꝙ est ens in quo magni=
tudo ⁊ principium conuertuntur absq̧
omni materia ⁊ accidente. et hoc per se=
cundam speciem regule c. ⁊ per primaz
e. significatum est. Sed magnificās ꝑn
cipians est/ vt sit magnificatum princi=
piatum: ⁊ q̄d ab vtroq̧ procedat magni
ficare/ principiare cum diffinitione ma=
gnitudinis/ potestatis/ concordantie et
principij. ¶ Magna potestas/ magna

concordantia ꝛ magnũ principiũ quare sunt? Et respondẽdũ est ꝙ sunt per hoc qđ significatum est per species regule c. e. ꝛ per diffinitiones antedictorum principiorum.

De camera C.F.

Undecima camera que est de C.F.

Magnus intellectus est. Quid est magnus intellectus? Respondendum est ꝙ est ens in quo magnitudo ꝛ intellectus conuertuntur. Et hoc per primã speciẽ regule significatum est. Adhuc magnitudo intellectus est ꝙ habeat cõcreta sibi coessentialia ꝛ relatiua: scȝ intelligentem/intelligibile, ꝛ intelligere/cũ quibus hȝ naturam discretiuã: ꝛ ꝙ sua essentia sit continua ꝛ indiuisibilis. Et hoc p scđam speciẽ regule c. significatũ est. ¶ Ulterius magnitudo intellectus est: vt in suã essentia sint oia intelligibilia/ꝛ hoc p tertiaȝ speciem regule c. significatum: est vt ipse intellectus magnifice sit practicus. Adhuc per quartã speciẽ intellectus est: vt habeat relationẽ generalem ad oia/sicut intellectus qui intelligit hoc ꝛ illud: ꝛ ꝙ habeat intelligibile in quo intelligat hoc ꝛ illud: ꝛ cũ ipsis sit practicus et particularis ꝛ successiuus/ꝛ p scalaȝ de sensuali ꝛ sensuali ꝛc. ꝛ per scalam medij coniunctionis ꝛc. ¶ Magnitudo concordans quid est? Respõdendum est per hoc qđ dictũ est in camera c.d. ¶ Magnitudo est medians. Quid est magnũ medium? Ad qđ respondendũ est per scalam medij ꝛ per scalam concordantie: et per primam ꝛ secundam speciem regule c.f. Sine istis nãqȝ medium magnuȝ minime posset esse: ꝛ etiaȝ absqȝ tali medio/magnitudo esset vacua ꝛ ociosa: ꝛ similiter sine tali magnitudine/medium nõ posset esse magnum. Et qđ verum sit quod antedictum est/probatum quidẽ est per diffinitiones principiorum ꝛ species regularum/ꝛ etiam per scalas supradictas/in quibus intellectus est successiuus ascendendo ꝛ descendẽdo/scientias acquirendo ꝛ habituando. ¶ Queritur. Magnitudo intellectus quãta est? ꝛ quãta est sua cõcordantia ꝛ sic de suo medio? Et est dicendũ ꝙ tãtus est/quãtus significatus est. Per hoc aũt qđ dictum est de sua magnitudine ꝛ cõcordãtia et medio in paragraphis positis in camera c.f. dimittimus homini bene speculanti antedicta/ꝛ scienti artem istaȝ. Et hoc facimus causa breuiloquij.

De camera C.G.

Duodecima camera que est de C.G.



Magna voluntas quid est? ꝛ per primam speciem regule c. respondẽdum est: ꝙ est ens in quo oia magna sunt amabilia: ꝛ per secũdã speciem regule c. ꝛ per primã g. hȝ magnũ amantem/amatũ ꝛ amare formaliter: in quo amato/est actiuus formaliter cũ amare. ꝛ per quartam speciẽ habet omnia amabilia in se. ꝛ per secundam speciem g. causat habitus amabiles appropriatos de genere qualitatis. Et pbabile satis est per diffinitionem magnitudinis/voluntatis / concordantie atqȝ finis: ꝛ per scalas c.g. in secũda figura positas. ¶ Magna concordantia quid est? et respondendum est per hoc qđ superius dictum est de ipsa. ¶ Magnus finis qđ est? ꝛ respondendũ est per primaȝ speciem regule c. ꝙ magnus finis est illud ens quod in essentia magnitudinis habet suas proprias relationes: videlȝ detãtem/quietatum ꝛ quietare: in quo detato proprio ꝛ intrinseco/omnia quideȝ quieicibilia peregrina siue appropriata sunt quietata: ꝛ hoc per primam ꝛ secundam speciẽ regule c. significatuȝ est: ꝛ etiã per diffinitiones principiorum camere c.g. ¶ Qualis volũtas est magna ꝛ qualis cõcordantia ꝛ qualis finis? Ad istam questionem respondẽdũ est p hoc qđ supradictum est. Solutiones eniȝ in hoc qđ dictũ est supra/sunt implicate: ꝛ artificialiter psũt explicari ad ꝓpositũ.

De camera C.H.

Decimatertia camera que est de C.H.



Magnitudo ẽ virtuosa. Queritur. Quid est magna virtus? ꝛ respondenduȝ est ꝙ est ens distinctũ magnifice a corruptiõe ꝛ peccato: ꝛ hoc p primã speciẽ regule c. significatum est. Adhuc per secũdã speciem. ¶ Magna virtus est illa que habet in se virtuosos/magnificantem/magnificatũ ꝛ magnificare naturaliter et substantialiter relatos extra ipsuȝ ꝛ in ipso existentes. ¶ Per tertiam autẽ speciem/virtus magna est illa que est causa magnarũ virtutum in tempore positarũ. ¶ Amplius per quartã speciẽ/virtus magna est illa que habet dominiuȝ supra alias virtutes quemõ sunt de suo genere ꝛ natura. ¶ Magna concordantia quid est? Respondendum est sicut sa

perius dictum est. ¶ Magnitudo est maior magnitudo: maior quid est? Respondendum est ꝙ est illa substantia que distat magis a paruitate et minoritate ⁊ accidente. Adhuc per secundam specieȝ regule c. est ens habens in se maiores / magnificantem / magnificatum ⁊ magnificare. Amplius per tertiam speciem est in alijs essentijs maior dominus in quibus per quartam speciem habet quicquid vult. Et hoc quod dictum est ꝑ camerã c.h. probabile quidẽ ẽ satis. ¶ Magnitudo virtuosa quando est? Et sic de magnitudine concordantie et maioritatis? Respondẽdũ est ꝙ ẽ anteꝗ̃ tempus ⁊ mot⁹ sint: et hoc per omnes species regule c.h. probabile est.

De camera C.J.

Decimã quarta camera de C.J.



Agnitudo est vera. magnitudo vera quid est? Respondendum est ꝙ ẽ illa substantia que magis distat a falsitate et ab accidente ipsa habẽte per secundam speciẽ regule c. veros / magnificatum / magnificabile / magnificare / extra locum ⁊ i loco existentes infinite / sine ꝯtradictione. ¶ Adhuc per tertiã speciẽ est causa causans magnitudines veras in loco existẽtes ⁊ nõ falsas / tam substãtiales ꝗ̃ accidentales. ¶ Amplius per quartã speciẽ habet in omni subiecto nouo magnas et veras actiones. Et hoc per diffinitiones pricipioꝝ camere c.i. vt per regulas ꝓbatum est. ¶ Magna cõcordãtia quid est? Respondendũ est sicut prius: sed si queratur quid sit cõcordãtia maior? Respondendũ est ꝙ est substãtia maior habens in se substantiales ⁊ maiores relationes ab omnib⁹ accidẽtibus remotas. ¶ Magna equalitas est. Quid ẽ magna equalitas? Respondendũ est ꝙ est substantia habẽs in se sua relatiua ab omni maioritate, ⁊ minoritate segregata. Adhuc per secũdã speciem est cã omniũ maioritatũ ⁊ minoritatũ relatarũ / ipsa existente in loco / non collocata ⁊ extra locũ infinita. Adhuc per quartã specieȝ habet in loco quicquid vult. Et hoc probabile est ꝑ regulã ⁊ per diffinitiones principioꝝ camere c.i. ¶ Magna virtus / magna cõcordãtia / magna equalitas vbi sunt? Respondendum est ꝙ sunt in seipsis per secundam specieȝ regule c. Et per tertiã sunt in alijs subiectis causatis ab ipsis. Et sic de prima et quarta specie suo modo. Et hoc idem intelligendum est per species regule i. suo modo.

De camera C.K.

Decimã quinta camera de C.K.



Agna gloria / queritur quid est? Respondendũ est ꝙ est illa substãtia que magis distat a prauitate ⁊ pena: ⁊ est ens habens in se per secundam speciem regule c. gloriosos / magnificantem / magnificatum ⁊ magnificare. Per tertiam speciẽ est causa in omnib⁹ substantijs ⁊ accidentib⁹ peregrinis. Et per quartam speciem habet magnã gloriam in magno gloriato: ⁊ ecõuerso. Et sic de magnificare ⁊ gloriari. Et hoc per regulas c.K. Et diffinitiones principioruȝ camere c.K. affirmabile ẽ. ¶ Magna concordantia quid est? Respondenduȝ ẽ sicut prius. Sed si queratur: magna concordantia glorie quid est? Respondendũ est ꝑ omnes quattuor species regule c. ꝙ ipsa est hoc quod per ipsas significatum est. Et ad hoc testantur diffinitiones magnitudinis concordãtie atqȝ glorie. ¶ Magna minoritas qd ẽ? Et respõdendum est ꝙ ẽ accidẽs magis circa non ens ꝗ̃ substantia. Item est ens non habens relatiua sibi coessentialia per secũdam speciem regule c. Sed per accidẽs tñ sunt aliq̃ magnitudĩes substantiales: vt patet i scala sensuali ⁊ sensuali ⁊c. sibi coniuncta scala de substantia ⁊ substantia ⁊c. Et hoc probatum est per regulas c.K. ⁊ per diffinitionẽ minoritatis. ¶ Magna gloria quomõ est? Et sic de magna concordantia? Respondendum est ꝑ tertiam speciem regule c. ipsis relationib⁹ existentibus vna in alia magnificando / glorificãdo ⁊ concordando ab omni minoritate segregatis. ¶ Magna gloria cum q̃ ẽ. Et sic de magna ꝯcordãtia? Rñdẽdũ est ꝙ ẽ cũ magnificãte / glorificãte ⁊ ꝯcordante / magnificato / glorificato ꝯcordato / magnificare / glorificari ⁊ cõcordare: ⁊ etiã cũ ꝯuersiõe idẽtitatis essentie / substantie ⁊ nature / ipsis tribus relatiuis ꝑ secundam speciem regule c. ⁊ quolibet ꝑ se distincto ab alio per suum numeruȝ. ¶ Adhuc est magna gloria / et sic de magna concordantia cum scala sensuali et sensuali ⁊c. et similiter cum scala substãtiali et substantiali ⁊c. Sed ista non est in tãto magna sicut prima. eo quia p̃ma causa est. alia vero secunda.

De camera D.E.

Decima sexta camera que est D.E.


Duratio potens per primam speciē regule d. de quo est? Respondendū est: ꝙ est de se ipsa/cū sit primitiua quo ad suā essentiā z potestatē: q̄ dat ei posse vt possit existere z agere. Et per scdam speciē regule d. queritur/duratio potens de quibꝰ est? Respondendū est: ꝙ est de suis relatiuis z de relatiuis potestatis. Et p terciā speciem eiusdē regule queritur: duratio potens cuius est? Dicendum est ꝙ est substantialis/duratiōis z potestatis cum sit habitus cum quo duratio z potestas substantiales phit durare. ¶ Duratio contrarietatis de quo est? Respondendum est ꝙ est de primitiuis qualitatibus z veritatibus z vitijs que durant/ eo quia possunt durare. ¶ Duratio principiorum de quo est? dicendum/ꝙ est de primitiuis durationibus/et primitiuis principijs duratione cōicante suā essentiam principio/z principio cōmunicāte suā essentiam duratiōi. ¶ Potestas q̄re durat? respondēdū est ꝙ durat ex eo qz est de potente/durante z durabili z possibili durare/z posse in subiecto composito in quo sunt. ¶ Cōtrarietas potestatis quare durat? dicendū est ex eo qz est de ɔtrarijs relatiuis habituata/z de duratione z potestate in subiecto composito in q̄ sunt. ¶ Principia potestatis quare durant? Dicendum est ꝙ durant ratione relatiuorum substantialium habituatorꝫ de gñe duratiōis z potestatis.

De camera D.F.

Decima septima camera q̄ est D.F.


Duratio scibilis de quo est? Et respondēdum est ꝙ est de duratiuo intellectiuo/durabili z intelligibili/durare et intelligere. ¶ Duratio cōtrarietatis de quo est? z dicendum est/ꝙ est de durare/cōtingere z mensurare/ratione continue durationis. ¶ Duratio quanta est? respondendū est/ꝙ est tanta quanta est sua essentia/z sunt sua concreta. ¶ Duratio ɔ̄rietatis quāta est? Respōdēdū ē ꝙ est tāta quāte sunt ɔ̄rietates siue moralitates in subiecto in quo sunt. ¶ Duratio mediū quāta est? dicendū est ꝙ est tanta quāta sunt durare z mediare existentia inter duratione mediantem durabile z mediabile.

De camera D.G.

Decima octaua camera/que est D.G.


Duratio amabilis de quo ē? Rñdendum est ꝙ est de speciebꝰ peregrinis in durabili z amabili deductis z ipsis ¶ Duratio ɔtrarietatis de quo est? Et ē rñdendū sicut prꝰ. ¶ Duratio finis de quo ē? z rñdendū ē ꝙ est de quietante/siue quietare/z durare vltra que nō extendit appetitus. ¶ Duratio voluntatis qualis est? z respondēdū est ꝙ est talis q̄lis est p correlatiua substantialia: que quidē sunt de genere durationis volūtatis ex quibꝰ oriunt̄ proprie passiones. appropriate ꝓo passiōes sunt ille de quibꝰ subiectū est habituatum z assituatū. ¶ Contrarie duratiōes quales sunt? z est dicendū ꝙ sunt tales quales durant in subiecto ɔtrariando. Durabiles fines quales sunt? et est rñdendū ꝙ sunt tales qualis appetitꝰ per ipsas est habituatꝰ/in tantum ꝙ extra ipsas nō appetit habere quietem.

De camera D.H.

Decima nona camera/que est D.H.


Duratio virtuosa de quo ē? Et respondendū est/ꝙ est de seipsa z de virtute substantialiter aut accidentaliter. ¶ Duratio ɔtrarietatis de quo est? Et est dicendū sicut prꝰ. ¶ Duratio maioritatis de quo est? Et rñdendū est/ꝙ est de maiori durāte/durabili z durare: z maiorificāte/maiorificabili z maiorificare. ¶ Duratio virtuosa qñ est? z dicendū est/ꝙ est tunc qñ est in speciebꝰ d. z h. realiter. ¶ Duratio cōtrarietatis qñ est? Et est respondendū ꝙ est tūc qñ sunt generatio z corruptio siue cōtrarie qualitates/siue contrarij mores in subiecto in quo sunt. ¶ Duratio maioritatis qñ est? Respondendū est ꝙ est tunc quādo potentie siue substantie habent actus.

De camera D.I.

Uigesima camera/q̄ est D.I.


Duratio est vera. querit̄/duratio vera de quo est? z est respondēdum p primā speciē d. ꝙ est de seipsa/eo qz duratio est principiū primitiuū. et ṽitas silr q̄ ad suū genꝰ p scdam spēm d. est de suis correlatiuis. ¶ Duratio ɔ̄rietatis de q̄ est? z est dicēdū ꝙ est sicut prius. ¶ Duratio equalitatis de q̄ est? z est dicendū ꝙ est de durante/coequāte z durabili/coeq̄bili z durare. coeq̄

re. ¶ Duratio veritatis vbi est? Et est respondendum ꝙ est in omnibus speciebus i. ¶ Duratio contrarietatis vbi est? Et est dicendum ꝙ est in subiecto in quo sunt contrarie qualitates habentes contrarios actus. Et est in disputatione in qua sunt disputātes. ¶ Duratio equalitatis vbi est? Et respondendum est ꝙ est in correlatiuis per secundam speciez c. et d. significatis. Et est in modalitate et instrumentalitate.

De camera D.K.

Uicesima prima camera de D.K.



Duratio ē gloriabilis. ¶ Duratio glorie de quo est? Et respondendū ē ꝙ est de durante/durabili et durare/et gloriante/gloriabili et gloriari. ¶ Duratio contrarietatis de quo est? Dicendum sicut prius dictū est. ¶ Duratio minoritātis de quo est? Et est respondendum ꝙ de durante/minorificante / durabili/ minorificabili/ et durare et minorificare. ¶ Duratio glorie quomodo est? Et dicēdū ē ꝙ ē per modum per quem duratio et gloria agūt in durabili et glorificabili et ipsa itrante actiuis. et durabile et gloriabile habent modum passiuum sub duratione et gloria. et durare et gloriari hn̄t modū neutralē processum ab actiuis et passiuis. ¶ Duratio contrarietatis quomodo est? Et respondēdum ē ꝙ est per modum quez habent qualitates /vna existente in alia. ¶ Duratio minoritatis quomodo est? et respondendum est ꝙ est per modum duratiōis/diuisiōis et corruptiōis. ¶ Duratio glorie cum quo est? Dicenduz ē ꝙ est cū relatiuis duratiōis et glorie. ¶ Duratio contrarietatis cum quo est? et dicēdū ē ꝙ ē cum partibus contrariantibus suas similitudines influētibus. ¶ Duratio minoritatis cum quo est? et est dicendum ꝙ cum relatiuis diuisiue in subiecto de corruptione habituato.

De camera E.F.

Uicesima secūda camera d E.F.



Potestas est scibilis. Quare potestas est scibilis? Respōdenduz est ex eo quia intellectus habet sua correlatiua/et potestas similiter: et ita vno principio comunicāte alteri suā essentiam et naturā/inde sequitur ꝙ potestas est scibilis. ¶ Queritur quare potestas est principium? et dicendum ē ad hoc vt alia principia possint existere et agere. ¶ Queritur quare ē mediabilis? et respondendum est, vt suum posse sit i medio potentis et posīti/ cum quo posse sint coniuncti. ¶ Sapientia est potens: q̄tū est potens? Ad quod dicendum est ꝙ est tantum potens quantum potestas se cōmunicat et se diffundit in ipsa. ¶ Principium q̄tum est? et respondendum ē ꝙ est tantum quantum medium intrat. ¶ Queritur: medium q̄tum est? Dicēdum ē ꝙ est tantuz q̄te sunt sue species in subiecto in quo sunt.

De camera E.G.

Uicesima tertia camera de E.G.



Potestas est amabilis. Quare est amabilis? Dicendum est ex eo ꝙ causat ꝙ voluntas sit potens in existendo et agendo. ¶ Potestas quare est principium? et respōdēdum ē sicut prius. ¶ Potestas quare quiescit? et respondendum est ex eo quia quo ad suuz genus potest existere et agere. ¶ Potestas qualis est? Dicendum est ꝙ vna est propria sicut sua possibilitas/alia est appropriata sicut sua amabilitas. ¶ Principium quale est? Respondendum est ꝙ ē vnum principiuz quale/substantialiter/ aliud vero accidentaliter. et substantiale habituatuz est de accidentali. ¶ Finis qualis est? Respondendum est ꝙ vnus finis est perfectiuus/alius terminatiuꝰ et alius priuatiuus: vt patet in scala secunde figure.

De camera E.H.

Uicesima quarta camera de E.H.



Potestas est virtuosa. Quare est virtuosa? Dicendum est ex eo qz in virtute est assituata/ et ex virtute habituata. ¶ Potestas est maior. Quare ē maior? Dicendum est ex eo quia habet maiora relata et in maiori fide q̄escit. ¶ Potestas quare est in tempore? dicendū ē quia in tempore et cuz tempore fuit creata et in tempore est suus actus. ¶ Potestas quando est? Dicendum est ꝙ est tūc quando est causa vt alia principia possint existere et agere. ¶ Principiuz quādo est? Dicendum est ꝙ est tunc quādo sua primitiuitas est/et quando habet sua correlatiua etc. ¶ Maioritas quando est? Dicedum est ꝙ est tunc quando potentie habent maiores actus siue effectus.

Uigesima quinta camera q̃ est E.I.

c/°.

De camera E.I.



Otestas est vera. Quare ẽ vera? dicendū est quia de veritate & suis speciebꝰ est habituata. ¶ Potestas quã do & quare est principium? dicendum est sicut prius.

¶ Potestas quare habet equalitatem? Respondendū est/ꝙ habet equalitatem cū in suis correlatiuis sit situata. ¶ Potestas vbi est? dicenduз est/ꝙ est in suis correlatiuis & in veritate ex qua est habituata. ¶ Principium vbi est? respondẽ dum est/ꝙ est i suis correlatiuis: & est in potestate/cum per ipsam possit existere & agere. Et est in veritate/eo quia in veritate est habituata. Et est in equalitate/cum sua correlatiua sint equalia.

¶ Equalitas vbi est? dicenduз est/ꝙ est in suis correlatiuis intrinsecis potestatis/ principij & veritatis.

Uigesima sexta camera/que est E.K.

De camera E.K.



Otestas est gloriosa. Querit quare est gloriosa? Respondendū est/ex eo quia habet sua correlatiua substãtialia in quibus gloria est impressa & habituata.

¶ Potestas quare est principium? Respondendum est sicut prius. ¶ Potestas quare est minor? et dicendum est ex eo quia in minoritate sunt sua correlatiua assituata/& ex ipsa habituata ratiõe cuius causat diuisiones/& minus qđ est de genere minoritatis/sicut maius qđ est de genere maioritatis. ¶ Potestas quomodo est? respondendū est/ꝙ est ꝑ modum modalitatis/quando de modalitate est habituata. ¶ Principium quomodo est? Respondendū est/ꝙ est ꝑ moduз quem habet in suis correlatiuis ex quibus est/ipso habente modū cū sit habituatum de potestate cū qua põt principiare. Et sic de gloria cū qua habet modum gloriandi/quãdo in suo intrinseco principiabili/principiat entia peregrina que non sunt de suo genere. ¶ Minoritas quomodo est? Respondendum est ꝙ suus modus est participare cū diuisione/inanitione/corruptione et annullatione. ¶ Potestas cum quo est gloriosa? Dicendum est/ꝙ est gloriosa cum gloria/sicut gloria est potens cum potestate. ¶ Principiū cū quo est? Dicendū est/ꝙ est cum suis correlatiuis & cum potestate sine qua esse nõ põt. ¶ Minoritas cum quo est? dicendū est/ꝙ est cū diuisione & corruptione & inanitione.

De camera F.G.

Uigesima septia camera/que est F.G.



Apiẽtia est amabilis. Querit quãtū est amabilis? Respondendum est ꝙ tantum est amabilis quantū voluntas est scibilis/eo ꝙ equalia correlatiua habẽt. ¶ Mediū est amabile. querit quantum est amabile? Dicẽdum est ꝙ tantū est amabile q̃tū in voluntate est amare per coniungere & mensurare. ¶ Finis q̃tum est scibilis? Respondendū est ꝙ tantū est scibilis quãtū sciẽtia in fine est quiescibilis. ¶ Queritur qualis scibilitas est propria passio intellectus? Dicendū est ꝙ illa ꝑ quam intellectus habet intrinsecã passionẽ in qua sunt gentre intelligibilitates siue species peregrine/ipsis positis in genere intelligibilitatis ꝑ secundam specieз g. ¶ Quale est medium propriū? Respõdenduз est/ꝙ est mediabile in quo sunt mediabilitates peregrine siue appropriate. ¶ Queritur qualis est proprius finis intellectꝰ? dicẽdū est/ꝙ ẽ res itellecta in ꝓpria intelligibilitate quietata.

De camera F.H.

Uigesima octaua camera/que est F.H.



Ntellectꝰ ẽ virtuosus. Querit quãtū est virtuosus? dicendū est/ꝙ est tantū quãtum est de virtute habituatus. ¶ Mediuз intellectus q̃tum est virtuosũ? dicẽdū est/ꝙ est tantū q̃tuз sua scala mediј est habituata. ¶ Maioritas intellectus quãta est? et rñdẽdū est/ꝙ est tãta quãtum intellectus trãsit in attingẽdo obiecta cū maiori intelligere. ¶ Intellectꝰ qñ est virtuosus? Rñdendū est/ꝙ est tũc qñ de virtute naturali & morali est habituatus. ¶ Uirtus qñ est mediata? Respondenduз est/ꝙ tunc est qñ virtus intrat mediū rõne cuiꝰ introitus/virtꝰ consistit in medio. ¶ Maioritas qñ est intellecta? dicendū est/ꝙ est tũc qñ intellectꝰ attingit essentiã & actum virtutis.

De camera F.I.

Uigesima nona camera/que est F.I.



Ntellectus est verus. Querit q̃tū est verꝰ? dicẽdū est/ꝙ quãtū existit inter intellectiuū & intelligere. ¶ Equalitas intellectꝰ quanta est?

Et est rñdendū/ꝙ est tanta quanta sua correlatiua ex quib⁹ est. ¶ Ueritas intellect⁹ vbi est: dicēdū est/ꝙ est in suis correlatiuis/eo qȝ de veritate habituata ⁊ situata sunt. ¶ Equalitas intellect⁹ vbi est: dicēdū est/ꝙ ē i suis correlatiuis extra que equalitas sua esse nō potest.

De camera F.K.

Trigesima camera/que est F.K.



Intellect⁹ est gloriosus. q̄rit̄ q̄ntū est gloriosus: dicēdū ē/ꝙ est tantū q̄ntū sua correlatiua de gloria sunt habituata ⁊ in gloria dotata. ¶ Dedū intellect⁹ quātū est gloriosum: dicēdū est ꝙ tantū q̄ntū mensurat gloriā in intelligendo. ¶ Minoritas itellect⁹ quāta ē: dicēdū ē/ꝙ est tāta q̄ntū itellect⁹ de ipsa habituat⁹ est. ¶ Intellect⁹ quō intelligit: dicēdū ē/ꝙ ē p modū sensitiue ⁊ imaginatiue cū quib⁹ est coniunct⁹: q̄uē modū hȝ imponēdo species peregrinas in suo ꝓprio intelligibili. ¶ Intellectus quō mēsurat suū intelligere: et respondēdū est ꝙ mēsurat ipsum habēdo modū agendi ⁊ patiendi in attingendo obiecta. ¶ Intellectus quō hȝ minus intelligere: et rñdendū est/ꝙ est p modū credendi/eo qȝ credere nō est de suo genere. Item hȝ minus intelligere qñ de minori modalitate est habituatus. ¶ Intellectus cū quo intelligit: dicendū ē/ꝙ cū intelligere ⁊ cū speciebus sensitiue ⁊ imaginatiue/ipsis specieb⁹ impressis in suo ꝓprio intelligibili. ¶ Intellect⁹ cuȝ quo ꝯiungit species sensitiue ⁊ imaginatiue: dicēdū est/ꝙ est cū suo intelligere. ¶ Intellect⁹ cū quo hȝ min⁹ intelligere: dicēdū est/ꝙ est cū ꝓpinq̄tate ⁊ vicinitate ignorantie/⁊ cū ociositate intellectus voluntatis ⁊ memorie.

De camera G.H.

Trigesima prima camera/q̄ est G.H.



Uoluntas est virtuosa. q̄rit̄ qualis voluntas est virtuosa: dicēdū est/ꝙ est illa q̄ a peccatis est separata ⁊ ex virtutib⁹ ē habituata. ¶ Uolūtas in quali fine quiescit: dicēdū est/ꝙ in summo fine p scdam speciē g. Et in suo ꝓprio fine p primā speciē/tñ cū appropriato fine q̄ est sibi instrumentū. ¶ Qualis volūtas est maior: Rñdendū est/ꝙ est illa q̄ habet maius amare/⁊ maiorē amantem/⁊ maius amabile/⁊ etiā q̄ hȝ maiorē habitū virtutis/bonitatis ⁊c. ¶ Uoluntas qñ habet maiorē virtutē: dicēdū est/ꝙ est tūc qñ diligit maiorem virtutē. ¶ Uolūtas qñ habet maiorē quietē: dicendū est/ꝙ est tūc qñ diligit maiorem amatū cum maiori amare. ¶ Uolūtas qñ est maior: dicēdū est/ꝙ ē qñ hȝ maius amare in fine ⁊ in virtute.

De camera G.I.

Trigesima secūda camera/que est G.I.



Querit̄ qualis voluntas est vera. Et respōdendū est/ꝙ est illa q̄ hȝ sua correlatiua vera ⁊ verā bonitatē/magnitudinē ⁊c. ¶ Uolūtas in quali fine deficit: dicēdū ē/ꝙ i fine pfecto ⁊ vero. ¶ Eq̄litas volūtatis q̄lis ē: dicēdū ē ꝙ ē talis q̄lia sunt sua correlatiua assituata et habituata. ¶ Ueritas vbi ē amabilis: dicendūȝ est/ꝙ est in amabilitate/q̄ est ꝓpria passio voluntatis. ¶ Uolūtas vbi est equalis: dicēdū est/ꝙ ē in suis correlatiuis ⁊ in correlatiuis equalitatis. ¶ Uoluntas vbi quiescit: dicēdū ē/ꝙ est in suo fine/⁊ in fine voluntatis.

De camera G.K.

Trigesima tertia camera/q̄ est G.K.



Uoluntas est gloriosa. Querit̄ qualis volūtas est gloriosa: dicendū est/ꝙ est illa q̄ habet correlatiua ex gloria habituata. ¶ Finis voluntatis qualis est: dicēdū est/ꝙ suus finis est bonus. ¶ Minoritas voluntatis qualis est: dicēdū est/ꝙ est talis quale est min⁹ velle habituatū de minori veritate ⁊ gloria. ¶ Uoluntas quō est vera: ⁊ rñdendū est/ꝙ est p modū quē hȝ in diligēdo veritatē. ¶ Uoluntas quō quiescit in fine: dicēdū est/ꝙ est per modū quē hȝ in diligēdo verū ⁊ gloriosum fineȝ. ¶ Uolūtas quō se ꝓlongat a minoritate: dicēdū est/ꝙ p modū obiectandi amatū/maiorē verū ⁊ gloriosum. ¶ Uolūtas cū quo est gloriosa: et rñdendū est/ꝙ est cū suis correlatiuis ex gloria habituatis. ¶ Uolūtas cū quo quiescit: Et est rñdendū ꝙ cū volente ⁊ volibili intrinseco: ⁊ cū velle ponit volibilitates peregrinas i suo ꝓprio volibili. ¶ Uolūtas cū q̄ est i minoritate: dicēdū est ꝙ cū minori velle ⁊ cū minori bonitate ⁊c.

De camera H.I.

Trigesima quarta camera q̄ est H.I.



Uirtus est vera. Querit̄ quādo est vera: ⁊ dicendū est/ꝙ est tūc quādo causat veras virtutes. ¶ Uirtus quando est maior: ⁊ est dicenduȝ/ꝙ

tūc est quādo causat maiores virtutes. ¶ Uirtus quando est equalis? dicēdum est/ꝙ tunc est quādo causat virtuosum intelligere/recolere ꝛ amare. ¶ Uirtus vbi est vera? Respondendū est/ꝙ in veritate extra quā nō potest esse vera. ¶ Uirtus vbi est maior? dicēdum est/ꝙ est taꝫ in substantia ꝙ̄ in accidente. ¶ Uirtus vbi est equalis? dicēdū est/ꝙ est in suis correlatiuis substantialibus q̄ de equalitate sunt habituata.

De camera H.K.

Trigesimaquinta camera q̄ est H.K.



Irtus est gloriosa. Querit̄ quando est gloriosa? dicendum est/ꝙ est tunc quādo in suis correlatiuis gloria est impressa. ¶ Gloria quādo est maior? dicendum est ꝙ est tunc quando habet maius gloriari. ¶ Uirtus quando est equalis? dicēdū est/ꝙ est tunc quando causat equaliter intelligere/recolere ꝛ amare. ¶ Gloria quomodo est virtuosa? Respondendum est/ꝙ est per modum quē habet induendo sua correlatiua de virtute. ¶ Gloria quomodo est maior? dicendū est/ꝙ est per modū quem habet in causando maiorem actum. ¶ Gloria quomodo est minor? dicendum est/ꝙ ē per modū quem habet in causando minorem actū. ¶ Uirtus cum quo est gloriosa? et est respondendum/ꝙ ē cum gloria ex qua ē habituata. ¶ Maioritas cum quo est gloriosa? Respondendū est/ꝙ cum maiori actu glorie. ¶ Minoritas cum quo est gloriosa? dicendū est/ꝙ est cum minori actu sibi appropriato/ex gloria habituato.

De camera I.K.

Trigesimasexta camera/ q̄ est I.K.



Deus est potēs: et ipse ē suamet potestas. Et sic deus est necessitatus ad producendum infinitum possificatū: vt sua potestas possit eē infinita/ et habere actū infinitum. Et qz per potestatem infinitam diuina bonitas/ magnitudo &c. possunt existere et agere infinite: ideo omnes alie dignitates cum suis actibus concurrūt infinite ad producendum possificatuz/ vt possificatus sit bonificatus/ magnificatus &c. ¶ Et deus dum sic cognoscit se potentem existēdo et agendo/ cognoscit se dispositum et ordinatuz ad producendum potestatem creatā non infinitam neq eternam. Deus enim cognoscit se intrinsece cū potestate absoluta et ordinata: sed extrinsece cum potestate ordinata tantum: eo quia deus non producit de sua natura creaturas: sed effectiue producit eas. Sicut homo verus qui depingit hominem in pariete/ qui non est de sua natura. ¶ Et sic intellect⁹ humanus cognoscit qua intentione deus creauit potentias creatas: videlicet vt creature cū ipsis deum possent intelligere/ amare/ et recolere/ et laudare: et sic cognoscit intellectus humanus q possificatus infinitus et intrinsecus/ est causa omniuz possificabilium finitorum et extrinsecorum.

De deo per sapientiam deducto.



Deus est sapiens siue intellectus: et ipse est ipsamet sapientia: et ipsa sapientia est id ratiōe cuius sapiens intelligit se necessitatum ad producendum intellectum in infinitate ipsius sapientie cū infinito intelligere p totā essentiā infinitā ipsius intellect⁹ sicut igne quēcū suo appetitu naturali necessitat se ad producendū ignitum siue ignire per suā essentiā. Et ideo omes alie rationes concurrūt ad producendū intellectū infinitū/ vt in ipsa pductiōe quelibet dignitas habeat actū infinitū/ et hoc naturaliter. ¶ Dum deus sic se cognoscit q dignū et iustū est/ q sit intellectus creat⁹ q cognoscat honorifice summum intellectū infinitū. et sic creauit intellectū angelorū et hominū. ¶ Sed miratur human⁹ intellect⁹ postq creatus est ad intelligēdū summū intellectuz/ q est cā quare ignorat ab ipso intellectu creato: sed postmodū cognoscit q peccatū est causa/ que quidez deuiat angelos malos et hoies peccatores a fine q̄re sūt.

De deo p sapiētiam deducto.

De deo p voluntatē deducto.

De deo p voluntatē deducto.



Deus est volens: et ipse est suamet volūtas: iō intelligit se necessitatum ad producendum volitū siue amatum infinitum cum suo velle infinito per totam essentiam infinitam ipsius voluntatis. Et sic producit secundum q se intelligit et

vult. Et q2 oēs [crossed] alie dignitates cū suis actib9 sunt per volūtatē diligibiles: idcirco ipse dignitates cum suis actib9 cōcurrūt ad pducendū volitū infinitū: vt quelibet dignitas possit habere actum infinitū in volito infinito/bōificato/magnificato ⁊c. Sic deus se cognoscens et amans/trāsit ad creandū voluntatem/ vt cū ipsa bene et magnifice ⁊ durabiliter ⁊c. suus volit9 sit intellect9/amat9 et recolit9 ⁊ laudat9 sup oīa. Et q propter hoc/volitus infinitus diligat volūtatē creata eterno remunerādo eā/dādo ei glīa3. ¶ Et in isto passu cognoscit itellectus iusticia dei vñ oritur. Qm̄ sicut de9 cognoscit se dispositū ⁊ ordinatū ad creādū: sic cognoscit se ad iustificandū ⁊ remunerandum: et hoc idem cognoscit de diuina misericordia/cū qua cognoscit se dispositū ad parcēdū secundū q peccator conscientiā hz de peccato suo/ pnitendo satisfactionem secūdū suū posse.

De deo per virtutē deducto.

De deo p virtutē deducto.



Deus est virtuosus: ⁊ ipse est sua virt9/⁊ ei9 actus q̄ sunt ei coessentiales ⁊ naturales ⁊ ideo sicut amat se necessitatū ad producendū amatū infinitū: sic diligit ⁊ cognoscit se necessitatū ad cognoscendū ⁊ producendū virtuosum infinitū: et ad hoc cōcurrūt oēs dignitates cū suis actib9: vt per virtutē infinitā sint virtuose ⁊ infinite: ⁊ aliter nō possunt se habere/de9 sic amās ⁊ cognoscēs se intrinsece inclinat se/⁊ trāsit ad amādū ⁊ cognoscendū se esse ordinatum ⁊ dispositū ad creandū virtutes naturales: vt sunt figure et signa virtutis infinite ⁊ eterne ⁊c. cū quibus virtutib9 creatis cognoscatur/amet᷑ ⁊ recolatur/⁊ laudetur virtus infinita ⁊ eterna ⁊c.

¶ Adhuc transit ad creandum virtutes morales/de quibus loquemur infra in nono subiecto/eo q sunt via paradisi. et vt deus cū ipsis remuneraret hoīes de sua gloriā virtuosa: et dū sic intellectus considerat/miratur quare hoīes in hac vita nō sunt magis virtuosi moraliter q̄ vitiosi: postq̄ virtutes eorū habent originē a virtute suprema: vitia aūt non. Sed deinde cognoscit q hoc est/q2 homines habent liberū arbitriū ad agendū bonū aut malū. Sed plus se inclināt ad potentiam sensitiuam: ⁊ plus amant ipsam/q̄ ratiocinatiuā. ¶ Amplr9 querit intellectus diuinus quare hoc permittit fieri: cum ipse sit virtuosus ⁊ non vitiosus: ⁊ sit spiritualis ⁊ non sensualis Deinde cognoscit intellect9 q ratio huius est/vt iusticia dei habeat subiectum in quo agere possit. Uerūtamen sciendū est q liberū arbitriu3 se habet ad duas partes diuersas: videlicet ad partē bonā creatā cū qua agit bonū: ⁊ ad partē malā increatā cū qua agit malū ⁊ peccatu3 que est pars increata/et ex parte nihili increati p accidēs. homo enim inq̄tu3 est deductus de nihilo/habet inclinationem ad nihilū: qđ est contra esse: vñ manifestatur q liberum arbitriu3 partim conuenit cum esse/⁊ partim cum nō eē/ siue cū nihilo: quod idem est: ⁊ hoc equaliter. ¶ Sed adhuc querit intellectus postq̄ de9 scit q homo peccabit/quare ipsu3 creauit. Et hoc cognoscit propter hoc/q2 bonum liberum arbitriū ei creauit/cum quo potest se remouere a peccato: ⁊ ipsum odire si voluerit: si autem non creasset hominem/iniuriaretur de9 sue iusticie: quia non haberet subiectū in quo agere posset.

De deo per veritatē deducto.

De deo p veritate3 deducto.



Deus est ver9: et ipse est sua veritas: ⁊ sic vere diligit et cognoscit se necessitatū ad producendū verificatu3 infinitū p totā essentiā infinita3: ⁊ ex ipsa ipsu3 pducit vt suū verificatū infinitū sufficientiam possit hr̄e ab eterno ⁊ in eterno: vt alie dignitates actus veros infinitos habere possint per ipsum verificatum: sic deus amans ⁊ cognoscens se necessitatum ad producendū verū infinitu3: inde diligit ⁊ cognoscit q verum quidem est creare veritatē creatā naturalē/⁊ etiā moralē: vt per ipsas verificatum infinitum itelligatur/ametur ⁊ recolatur/⁊ etiā laudetur. ¶ Sed hic miratur intellect9 q̄re do vnde oritur mēdaciū. Et postmodu3 cognoscit q a nihilo oritur: de quo homo creatur: sicut lapis cadens qui sua grauitate tēdit ad cētrū qđ appetit.

De deo p gloriam deducto.

De deo p gloriā deducto.



Deus est gloriosus: ⁊ ipse est sua gloria: ⁊ sic diligit ⁊ cognoscit se ad producēdum infinitū glorificatū de infinita gloria pductū. ¶ Nā de alia essentia pduci non pōt. Oēs eñ alie essentie sunt finite ⁊ no

ue: neqꝫ etiā de nihilo ꝓduci pōt. Nā aliter esset finitū ⁊ nouū: qđ est impossibile. Et ad hoc glorificatū infinitū ↄcurrūt oēs alie dignitates cuȝ suis actib⁹: vt in ipso glorificato infinito possit hr̄e actus gloriosos. ¶ Dū deus sic diligit ⁊ cognoscit se necessitatū ad ꝓducendū glorificatū infinitū intrinsecū: deinde cognoscit ⁊ diligit ꝙ gloriosum est creare glorificatum extra se in euo eterno positum/a q̄ summus glorificatius ⁊ infinit⁹ intelligatur/amet/recolat et laudet glorificato infinito/dando ei gloriam. ¶ Sed in isto passu intellectus ↄsiderat: ⁊ mirat quare deus nō disposuit sic oēs hoies vt ipȝ intelligerent ⁊ recolerent/gloriā ab ipo recipiendo. Sed recordatur capitulum iusticie in quo tractatur de libero arbitrio. Nam si hoīes nō possent peccare iam nō possent multū amare/multū eñi deum ille diligit q̄ ab amare suo se retinere potest. Et si nō esset pena/iam gloria nō eēt bene cognita. Nā vnūquodqꝫ contrarium magis cognoscit ꝑ reliquū.

De deo per differentiā deducto.



De deo ꝑ differētiā deducto.

Recordatus est intellectus humanus scalā differentie in secunda figura positā: ⁊ negat ꝙ differētia q̄ est in deo/nō est inter sensuale ⁊ sensuale/neqꝫ inter sensuale ⁊ intellectuale: sȝ est inter intellectuale ⁊ intellectuale esse existētia/idē essentialiter. Et hoc manifestat qđ de principijs prime figure dr̄. Absqꝫ eñi differentia siue distinctiōe diuine dignitates siue rationes nō possent habere act⁹ infinitos. Et hoc manifeste apparet in bonitate. Nā bonificare ipsi⁹ bonitatis absqꝫ dr̄ia bonificātis ⁊ bonificati nequaqꝫ eē posset. Agere q̄dē sine distinctiōe agētis agibilis esse nō pōt: sic q̄dē nec bonificare absqꝫ p̄dictis. ¶ Hic aūt q̄rit intellectus vtrū p̄dicta differētia ponat in deo multas essentias: ⁊ ↄsiderat ⁊ cognoscit ꝙ nō: sicut nō sunt in ipso multe bonitates. Ratio huius est: q2 bonificās q̄ est tota ipsa bonitas/ꝓducit de seipso totum bonificatū/infinitū ⁊ eternū: ⁊ bonificare ⁊ eternare a totisipsis ambobus est ꝓductū. ¶ Et in isto passu cognoscit intellectus ꝙ differentia est clara ⁊ inconfusa in ipa bonitate infinita: eo q2 ponit ꝙ bonificatiuus/sit vnus distinct⁹ a bonificato ⁊ bonificare, et bonificat⁹ sit alter distinctus a bonificāte ⁊ bonificare. ⁊ similiter ꝙ bonificare sit alter distinctus ab ipsis duobus supradictis: quolibet istoꝝ existente in suo numero. Ipsis tamen existentibus idem ꝑ essentiam/alioquin differentia esset cōfusa in ipsis: ⁊ per consequens deficeret eternitas/et sic nō conseruaret numerū suū vnicuiqꝫ trium predictorū: qđ est impossibile. Et adhuc deficeret intellectus diuin⁹: ignoraret quidē qualis esset bonificās/⁊ qualis esset bonificatus/⁊ qualis esset bonificare. Et sic iste due dignitates deficerent: ⁊ per ↄsequēs oēs alie cū suis actibus: ⁊ sic essent act⁹ primitiui/qđ est impossibile. ¶ Uerūtamē de predicta differentia sciēdum est sane ꝙ ipsa nō est supra predictas dignitates/neqꝫ etiam supra predicta correlatiua: scȝ bonificātē/bonificatum ⁊ bonificare: sȝ eadeȝ ratio essentialiter ⁊ equaliter est cum eis distinguendo: sicut bonitas in bonificādo/magnitudo in magnificādo ⁊c. ¶ Dum deus cognoscit in se eē predictam differētiā/cū qua sue rōnes sunt clare ⁊ actus infinitos habere possunt/cognoscit ꝙ bonum quidē est creare differentias cū quibus multe creature possent esse a quib⁹ possit intelligi amari ⁊ recoli ⁊ etiā collaudari. Et in isto passu cognoscit intellectus que est causa multitudinis rerū differentium genere/specie atqꝫ numero. ¶ Adhuc querit intellectus: vtruȝ inter deū ⁊ creaturam sit differētia realis aut intentionalis facta ab anima: ⁊ cognoscit ꝙ per differentiā quam deus habet in se naturalem ⁊ coessentialem: de⁹/⁊ per illam quam creature habēt naturalem ⁊ coessentialem/deus et creature realiter differunt. ¶ Absqꝫ eñi talib⁹ differentijs realiter non different: sȝ ꝑ differentiam intentionaleȝ tantū factam ab anima/qđ est valde īpossibile. Unde ergo patet ꝙ per reales differentias differunt/nō autem per intentionales.

De deo per concordantiam deducto.



De deo ꝑ ↄcordātiā deducto.

Deus est concordāns/⁊ ipse est sua cōcordantia/in qua sue dignitates in vno ⁊ pluribus concordant: sicut sua bonitas bonificando: ⁊ sua magnitudo magnificādo: ⁊ sua eternitas eternando ⁊c. Concordāt quidē in identitate essentie/que est vna natura ⁊ vna deitas/⁊ cōcordant in plu-

ribus: qui sunt plures rones/ bõificatiuus magnificatiuus/eternificatiuus &c. Sunt alter numerus/bonificare/magnificare/eternare &c. Sunt alter numerus/bonificatus/magnificatus &c. Et oes isti tres sunt relatiui referentes vnum ens absolutum.s.deus. ¶ Dũ deus sic se considerat ratione diffinitiõis cõcordãtie/creat vnũ mũdũ rõne sue vnitatis: & creat plura diuersa rõne sue pluralitatis: videlicet multa significata: vt patet i scala cõcordantie ex quibus est vnus mundus constitutus: & creat vnam substantiam constitutam ex materia & forma: & creat vnũ hoiem constitutũ ex aĩa & corpore: & eorum coniunctionem: & creat vnum intellectum ex suis correlatiuis: sicut vnus syllogismus fit ex duabus ppositionibus & vna conclusiõe: et sic de cõsimilibus alijs. Et hoc facit vt reluceat & appareat sua concordantia. Et adhuc vt ipse laudetur et ei seruiatur.

De deo p cõtrarietatẽ deducto.

De deo p cõtrarietatẽ deducto.



Eus est contrariãs: sed nõ est cõtrarietas/ ɔriãs qdez est. Nã peccatori dat penitẽtiã effectiue: tñ causat cõtrarietates: vt manifestat in scala cõtrarietatis. ¶ Deus quidẽ non est contrarietas. ipa nãq ɔcordãtia infinita est habẽs actũ infinitũ & eternum. Sed in isto passu dubitat intellectus/cuz deus sit infinita cõcordãtia: quare ergo pmittit cõtrarietatẽ esse? Et huic respõdetur φ ɔrietas existit inter deũ & hominem peccatorẽ: vt iusticia dei possit extrahere suũ actũ in peccatore: nam sicut speculũ ẽ dispositũ ad recipiendũ oẽs figuras ei impressas: sic deus est dispositus ad cruciãdũ peccatores. ¶ Amplius nisi deus in mundo crearet ɔtrarietates naturales/iã mundus nõ esset talis qualis est. ¶ Adhuc dubitat hic intellectus cũ in diuina voluntate sit velle infinitum: quare igitur deus habet nolle? Et vt hoc intelligat/adiuuat se cum exemplo superius dato. Nam sicut speculũ recipit similitudinẽ albedinis & nigredinis: sic deus diligit hominem virtuosum volendo: odit autem peccatores nolendo.

De deo p principiũ deducto.

De deo p principiũ deducto.



Eus est principiãs: & etiã ẽ suũ principiũ: sicut i sua bonitate in qua deus est principiãs principiatũ.s.bonificatũ. Et est principiãs non habẽs aliqd piacens sibi: sicut suus coessentialis bonificare/q nõ est in natura sue bonitatis principians: sed tñ principiatus est a principiante & principiato: sicut amare principiatus est ab amante & amato. ¶ Dũ deus cõsiderat φ est tale principiũ perfectũ trãsit ad creandũ mundũ de nihilo tali mõ vt vnũ indiuiduũ generet aliud indiuiduũ/sicut vnus hõ aliũ hominẽ & vna plãta aliã plantã sibi similẽ. Et hoc cũ principiare substãtiali & naturali. ¶ Adhuc creat aliud principium: sicut intelligens qui causat intellectũ obiectiue. Et intelligens & intellectus causant intelligere accidentaliter: vt intellectus scientiaz possit acquirere: et sic de voluntate potest dici vt de habitu amoris induatur.

De deo p mediũ discurso.

De deo medium discurso



N deo est mediũ/sicut i sua bonitate bonificare/& in sua magnitudine magnificare &c. Et ipse est suũ mediũ eo φ infinitũ est cũ quo deus mẽsurat se in tãto φ sit infinitus p suũ intrisecũ agere sicut per suũ existere / i quo mediare/se coniungunt medians & mediatus vt sint vnum medium continuũ & absolutũ. ¶ Dũ deus sic se cognoscit eẽ medium/deinde trãsit ad causas ab ipso creatas: vt patet in diffinitione medij/& etiã in scala medij in scda figura posita: sicut agere quod est medium existẽs inter agẽtẽ & agibile: & sicut amare inter amãtẽ & amabile siue amatuz.

De deo per finẽ discurso.

De deo finem discurso,



Eus est suus finis/& nõ ẽ finis priuatiuus/sz in ipo fine sunt multi termini/sicut in sua bõitate in q bõificatiuus ẽ vnus tminus bõificatus alter terminus & bonificare alter terminus: & oẽs isti tres quiescunt in vna bonitate. ¶ Dũ deus sic se cognoscit/rõne finis trãsit ad creãdum multos fines in mũdo/sicut habitũ bõitatis q est vnus finis moraliter/de quo bonificãs se habituat pducẽdo bonificatũ q est alter finis. Et sic de bonificare suo mõ. Et oẽs isti tres termini qescũt i ipa bõitate q ẽ eoz finis: sz qñ priuat hõ trãsit ad peccatũ qdẽ habitus bõitatis & etiã sui termini. Et p cõsequens hõ deuiat a suo fine rõne cuius tendit ad laborẽ eternum.

De deo per maioritatē di/scurso.

e deo p maiorita: discur=

Deus est maior mūdo/ꝛ etiā omnib⁹ cōtentis in eo:nam sue rationes sunt infinite ꝛ habent actus infinitos. Et ob hoc sicut est maior ꝙ̄ mundus cuꝫ sua bonitate ꝛ magnitudine:sic est anteꝗ̄ mundus cum sua maioritate. ¶ Adhuc sicut deus cū sua substantia est maior mundo cum sua maioritate:sic quidem deus cuꝫ sua eternitate est maior mundo/ipso existente cum sua nouitate. ¶ Iterum sicut substantia diuina est maior ꝙ̄ accidens:sic substantia diuina est anteꝗ̄ accidens mundi. ¶ Et in isto passu cognoscit intellect⁹ ꝙ impossibile est ꝙ mundus sit ab eterno. ¶ Dum deus cognoscit sic suam maioritatē/transit ad creandum maioritates/cum quibus cognoscat ꝛ diligat sua maioritas q̄ significat in scala secūde figure.

De deo per equalitatem di/scurso.

De deo p equalitatem discurso.

In deo est equalitas:vt in sua coessentiali bonitate apparet ꝛc. ¶ Nam cum bonificans hꝫ duas actiōes substātialiter:eo ꝙ bonificat/bonificatum ꝛ bonificare. Bonificat⁹ quidem habet vnam passionem a bonificāte:ꝛ habet vnam actionem:ꝙ bonificat bonificare:qui quideꝫ bonificare/habet duas passiones prelibatas. Et cū diuina bonitas sit infinitā/ꝛ habeat actū infinitum:vt superius iam ꝓbatum est. Ideo ipsa diuina equalitas est infinita/ab ol accidente separata. Nam in subiecto infinito nullum accidens existere potest. ¶ Deus sic considerans suaꝫ equalitatē infinitam/transit ad creandum equalitatem finitam substantialem/et etiam equalitatem accidentalem. Creat quidē equalitatem substantialem vt per similitudinem infinitam equalitas cognoscatur. Item creat equalitatem accidentalem:vt per dissimilitudinē infinita equalitas cognoscatur:vnum nāqꝫ oppositū cognoscitur per reliquum.

De deo per minoritatē de/ducto.



In deo nō est minoritas:ꝙ ipse est maioritas infinita ꝛ eterna. Nam alˀs vnū opposítum esset aliud oppositū/qd est impossibile. Et ob h̄ deo cōpetit maiorificare:nō autē minorificare. Sed ꝙ mūdus absqꝫ minoritatibus minime esse pōt:idcirco deus disposuit se ad creandū minoritatē in mundo:vt per minoritates finitas/sua maioritas infinita cognoscat. vnum enim oppositū magis cognoscit per reliquum:vñ intellectus cognoscit ꝙ de⁹ est maior absolute/ratione eternitatis:mūdus aūt minor/ratione minoritatis siue nouitatis. ¶ Deus sic se cognoscens dispositum ad creādum maioritatē magis ꝙ̄ minoritateꝫ. Ideo creat minoritates ꝓpter maioritates/sicut corp⁹ hominis ꝓpter animā rationalem. Et oīa corporalia ad corp⁹ hominis/ꝛ folia et flores ad fructum. ꝛ sic de alijs secundarijs intentionibus ad primas intētiones. Inuestigamus deū per principia explicata antedicta:vt de ipso notitiā habere possimus:ꝛ sicut dedimus exemplū per pn̄cipia explicata ꝑdicta/sic potest dari ꝑ principia implicata/tenēdo modū quem tenuimus.

De deo p minoritatē discurso.

De deo per regulam b. de/ducto.

De deo p regulaꝫ b. discurso.



Queritur vtruꝫ deus sit. Ad ꝓbandū deū esse/volumus tenere modū artis:videlicet miscere principia cū regulis/ad inuestigandum ꝛ ꝓbandū deū esse/faciendo de eternitate subiectū:applicando ipm̄ alijs principijs:ꝛ primo per bonitatem. ¶ Eternitas est. Nā si nō esset/mundus quidē seipsuꝫ principiasset. Et sic eēt anteꝗ̄ eēt/qd ē impossibile:nullū eñ ens seipm̄ pn̄cipiare pōt. est ꝗ eternitas ꝛ ꝑ ꝯñs suū ꝯcretū videlꝫ ens eternū/nulla q̄dē essentia absqꝫ suo cōcreto esse potest: ꝛ econuerso. Ipsa infinita duratio est:ꝛ sua infinitas bona est. vñ sequit ꝙ bonitas ē ratio eterno ꝙ agat bonū ab eterno:ꝛ in eterno ꝑ infinitā ꝛ bonā durationē. Illud quidem ens infinite bonū/cui bonitas est ratio vt agat bonū infinite ꝛ eterne:ꝛ tale ens vocam⁹ deū:ergo ptꝫ ꝑ ꝑdicta ꝙ de⁹ ē:ꝛ hoc intellect⁹ humanus tenēdo modum artis gn̄alis negare nō pōt. ¶ Eternitas ē. vt supra iam ꝓbatū est:ꝛ est magna ꝑ magnitudinē in tā=

to immẽsiue ꝛ infinite:sicut sua magni=
tudo est infinita duratiue siue/eternati=
ue.Et tale ens eternũ/existens subiectũ
predicte eternitati ꝛ magnitudini voca=
mus deũ existentẽ necessariũ rõne ꝑdi=
ctorũ/nã ens infinitũ ꝛ eternũ est neces=
sariũ:qḋ aliter nõ põt se habere.¶ Eter
nitas est(vt superi⁹ ꝓbatũ est)ꝛ postꝙ̃
est/potestas infinita est/sine qua infini=
ta esse nõ põt:ipsa quidẽ potestas est rõ
eternitati ꝙ possit existere ꝛ agere infi=
nite:ꝛ tale subiectũ ꝑdicte eternitati vo
camus deũ.¶ Eternitas est/ꝛ suũ eẽ infi
nitũ ꝛ intelligibile est:vñ sequitur ꝙ ali
quod ens eternũ est viuũ siue hꝫ vitã/si=
ne qua nõ posset eẽ intelligibile eternũ:
ꝛ tale ens infinitũ ꝛ eternũ vocãm⁹ deũ.
¶ Eternitas est/et est infinita duratio:
ipsa quidẽ amabilis est:vñ sequit̃ ꝙ ens
eternũ hꝫ vitã sine qua nõ põt esse ama
tũ ab eterno ꝛ in eterno/ꝛ tale ens ama
tũ ꝛ eternũ vocam⁹ deũ.¶ Eternitas est
infinita/ꝛ sic est virtuosa:nã absq̧ virtu
te infinita minime põt eẽ virtuosa.vñ se
quit̃ ꝙ sua virt⁹ est infinita:vt vitiũ non
sit ei preiacẽs:vñ sequit̃ ꝙ sua eternitas
habet actũ.s.eternare/in quo actu om̃ia
principia prime figure habẽt actus eter
nos:sicut bonitas:bonificare/eternitas
eternare/ꝛ potestas possificare ꝛc.alio=
quin ipsa virtus vitiosa esset ꝛ iniuriosa:
qḋ est ĩpossibile/ꝛ tale ens eternũ ꝛ vir=
tuosum vocam⁹ deũ.¶ Eternitas est/et
qꝛ est infinita/ideo est ens infinitũ ꝛ glo
riosum:est ergo infinita gloria/sine qua
ens eternũ infinitũ ꝛ glo̾sũ minime eẽ
põt:in quo ente gloriari ꝛ eternare sunt
infinite/sine quib⁹ ens eternũ haberet
eternã penã:qḋ est falsum ꝛ ĩpossibile.ꝛ
tale ens in q̃ sunt eternare ꝛ gloriari vo
camus deũ.¶ Eternitas est/ꝛ in ipsa sue
coessentiales rões sunt clare ꝛ nõ cõfu
se:videlꝫ suũ cõcretũ qḋ est eternũ/ꝛ est
ꝑ bonitatẽ bonũ/ꝛ magnũ ꝑ magnitudi
nẽ/ꝛ potẽs ꝑ potestatẽ ꝛc.nõ ꝙ sint diffe
rẽtes rões existẽdo:sꝫ agendo:videlꝫ in
ipso eterno ente sua bonitas ꝛ magnitu
do sunt idẽ ꝑ essentiã:vt eternitas nõ sit
bona ꝛ magna ꝑ accidẽs:sꝫ ꝑ se/ratione
quidẽ actiõis sunt clare:eo qꝛ eternitas
est ratio eterno ꝙ agat bonũ/ꝛ magnitu
do ꝙ agat magnũ ꝛc.ꝛ ratiõe eternita=
tis est ꝙ sit eternatus ꝓduct⁹:vñ sequit̃
necessario ꝙ in essentia eternitatis sit
eternans bonus:ꝛ magn⁹ ꝓducẽs/distin
ctus ab eternato bono ꝛ magno:ꝛ ꝙ ipsi
sint distincti ab eternare/bonificare et
magnificare ꝑ essentialẽ relationem exi
stentẽ vnã essentiã:alioqñ rões essent
cõfuse.ꝛ tale ens eternũ ꝛ absolutũ voca
mus deuꝫ.¶ Eternitas est/ꝛ ꝑ ꝯñs ens
eternum est:ꝛ in ipso ente eterno sue co=
essentiales rões in vno ꝛ in plurib⁹ cõ=
cordant/videlꝫ ꝙ sicut eternitas est infi
nita duratio/ꝙ sua bonitas sit infinita
bonificatio:ꝛ sua magnitudo ĩfinita ma
gnificatio:ꝛ sua potestas infinita possifi
catio:ꝛ suus intellect⁹ infinita itellectio:
ꝛ sua volũtas infinita volitio ꝛc.ꝛ ꝙ oẽs
sint vnũ ens bonũ/magnũ ꝛc.qḋ quidẽ
ens habeat ꝑ bonitatẽ bonificare infini=
tũ/per magnitudinẽ magnificare infini
tũ ꝛc.ꝛ tale ens appellam⁹ deũ.¶ Eter=
nitas est/ꝛ per ꝯñs ens eternuꝫ est:ꝛ qꝛ
ipsa eternitas est infinita ꝛc.sequitur ꝙ
ens eternũ est infinitũ:qꝛ ipsum ens est
bonũ.Nullũ quidẽ ens finitũ põt ꝯtra=
dicere enti eterno ꝛ infinito/qn agat bo
nũ eternũ ꝛ magnũ ꝛc.neq̧ eñ ipm ens
eternũ nõ posset ꝯ se aliter habere post=
ꝙ̃ sue coessentiales virtutes rões sunt
infinite/ꝛ habẽt act⁹ ĩfinitos.ꝛ tale ens
appellamus deũ.¶ Eternitas est/ꝛ ipsa
est:ꝫ eternitas est infinita duratio:ꝫ ipsa
ꝫo nõ põt eẽ infinita duratio:rõ hui⁹ est
qꝛ tẽpus sine motione eẽ nõ põt:eterni=
tas aũt absq̧ motiõe ẽ:vñ sequit̃ ꝙ eter=
nitas est primũ ꝛ vltimũ principiũ preia
cens tẽpori absolute:ꝛ tale ens eternum
existẽs primũ ꝛ vltimũ principiũ dicim⁹
eẽ deum.¶ Eternitas est:ꝛ qꝛ est infini=
ta essentia absolute idẽ sequit̃ ꝙ in ipsa
est eternare qḋ est medium inter eternã
tem ꝛ eternatũ/sine q̃ eternitas esset infi
nita/quo ad existere/ꝛ finita q̃ ad agere
rõne cui⁹ sua infinita absolute destructa
esset:qḋ est impossibile/ꝛ talis eternitas
in q̃ est coessentiale eternare/dicim⁹ ꝙ
est de⁹.¶ Eternitas est/ꝛ qꝛ est infinita
existẽdo sit̃r ꝛ agendo:vt suus finis sit
equalis sue existentie/videlꝫ ꝙ sicut est
infinita quo ad existẽtiã/ꝙ sic se habeat
ad infinitã agentiã/ꝑ eternantẽ/eterna
tũ ꝛ eternare:ꝛ talem eternitatẽ q̃ se ha
bet ad vltimũ finẽ/dicim⁹ eẽ deũ.¶ Eter
nitas est/ꝛ ipsa est maior duratio que eẽ
potest/cũ maiori bonitate que eẽ põt:et
cum maiori magnitudine q̃ eẽ põt:quib⁹
minoritas ꝯtradicere nõ põt qn sint infi
nite rões existendo ꝛ agẽdo.ꝛ talis ma
ior duratio est deus.¶ Eternitas est/et
per consequens ens eternuꝫ est.In quo
ente eterno sue coessentiales bõitas/ma
gnitudo ꝛc.eternitati sunt equales:vt
sua bonitas/magnitudo ꝛc.sic sit infini=
ta quo ad bonificationem/sicut eterni=
tas quo ad durationem:ꝛ tale ens eter=
nũ dicim⁹ esse deũ.¶ Eternitas est:et qꝛ

infinita dur atio distat quidem infinite a minoritate que est finita: et per consequens a finito qd est minus eternitate. Et sic de minori agentia et existentia potest dici quecunqz sint. ¶ Probauimus deu esse secundu propriaz per oia principia: verutamen probari pot per oia principia syllogizando/nullu ens infinitu e absqz infinita potestate: eternitas est infinita: ergo etc. et tale ens non est celu/neqz aliquid contentu sub eo: idcirco tale ens dicimus esse deu. Et soluta est questio qua queritur/vtru deus sit: quia ipsum probauimus esse cu principijs et regula b. de sua quide existentia et de sua intrinseca agentia/noticia haberi potest/sua gratia mediante: hoc aute dico cu apprehensione: non tn cu coprehensione: deus naqz infinit9 est/sed noster intellect9 finitus.

De deo per regulam c. deducto.

De deo per regulam c. deducto.



Per primam speciem regule c. queritur/quid est deus? Ut de deo clariore noticiam habeamus/per eius diffinitiones ipsum diffinire volum9. In quibus conuertuntur subiectu et predicatu: eo qz vnu no pot esse sine reliquo/rone naturalis coniunctiois qua habet subiectu et predicatu: sicut querere/quid est substatia? Et respondendu est qz est ens per se subsistens: et querere/quid est ens p se subsistens? Est dicendu qz e substantia. ¶ Deus est ens i quo sue rationes conuertutur. Ens quide in quo sue rationes couertunt est deus. ¶ De9 est ens in quo diuine ratioes habent actus infinitos: sicut bonitas infinita hz bonificare infinitu/et magnitudo magnificare infinitu etc. Ens aut in quo est bonitas habes actu infinitu etc. est deus. ¶ Deus est ens cui sua coessentialis bonitas est ratio qz agat bonu infinitu et eternu: ens quide cui sua coessentialis bonitas e ratio qz agat bonu infinitu et eternu/e de9. ¶ Deus est ens qd sine infinitis rationibus esse non potest; sed ens quod sine infinitis rationibus esse non potest/est deus. ¶ Deus est ens bonificas qui sine infinitis bonificato/bonificare et non potest esse infiniti aut bonificati esse/et bonificare qui absqz bonificante esse non posset/est deus. ¶ Deus est substantia ab omni accidente denudata: substatia quide ab omni accidente denudata est deus. ¶ Deus est ens absolutuz non ab aliquo dependes. ens absolutum no ab aliquo dependens/est deus. ¶ Deus est ens quod extra se no indiget aliquo: ens quod extra se no idiget aliquo/est de9. ¶ Deus est ens quod aliter se non pot habere. Ens aut quod aliter se non potest habere/est deus. ¶ De9 est ens/qd tantu se hz ad suu fine quatum ipse est ens aut qd tm se hz ad suu fine qztu ipse e/e deus. ¶ Deus est ens qd tm pot ex seipso/qztu ipse est. Ens aut qd tatu potest de seipso et in seipso quatu ipse est/est de9. ¶ De9 e ens supra qd nulla maioritas e: ens supra qd nulla maioritas est/est deus. ¶ Deus est ens qztu se cognoscit agente quatu ipse est. Ens qztu se cognoscit agente quatu ipse est/e de9. ¶ Deus est ens cui impossibile est non esse. Ens cui impossibile est non esse/est deus. ¶ Diffiniuimus deu per viginti rationes in quibus necessario subiectuz et predicatu conuertuntur: vt patet p regulam b. ¶ Et per tales diffinitioes necessarias intellectus quide human9 e multum clarificatus ad cognoscendum diuinam essentiam/et suos actus intrinsecos/et naturales. ¶ De deo autez possunt fieri descriptiones per accides sic. Deus est creator/et gubernator/et prima causa/et primus motor/et saluator/et huiusmodi. Per tales aut descriptioes intellectus no est multu clarificatus/sicut per diffinitiones substatiales supradictas. ¶ Per secundam specie regule c. queritur/quid hz deus in seip9 coessentialiter et naturaliter? Nunc respondedu e qz hz coessentialia et naturalia et substantialia relatiua. Sicut per sua boitate hz bonificatiuu/bonificatu et bonificare. Et per sua magnitudine magnificante/magnificatum et magnificare. Et per sua eternitatem/eternantez/eternatu et eternare etc. ¶ Sine istis quide correlatiuis predicte rationes fieri no possent de deo: neqz etiaz de essentia eius noster intellect9 posset habere noticia. Na sine ipsis rationes siue dignitates dei essent vacue et ociose et imperfecte: et quelibet esset habit9 priuatiuus. Et per coseqüens deus indigeret esse digno/postqz ipse indigeret rationibus perfectis: quia sine tali habere intrinseco/natura relatiois esset destructa: et etia natura predicatoru ronum: qd est impossibile. ¶ Per tertiam speciem regule c. queritur/quid e deus in alio? Ad quod dicendu est qz est in effectu suo ca prima/primus motor/dominator et gubernator/agens in effectu suo ad placi

tum/ et absolutus sine aliqua resistentia sui effectus. Extrinsece quidem deus habet dominiū et potestatē ad placitum sicut eā absolute in effectu suo. hꝫ etiam in creaturis ius vltimū/eo qꝫ creator et gubernator est. Rōne cuiꝰ deus est dispositus ad iudicandū peccatores secundū opera eoꝝ. Nā creauit creaturas ad suū seruitiū/qd est vltimus finis creature.

De deo p regulā d. deducto.

De deo p regulā d. deducto.



Per primā specieꝫ regule d. queritur/deus de quo est? Et respondendū est qꝫ est ō seipso. Sic eñ habēs rōnes infinitas habentes actus infinitos/nō pōt esse de aliquo preiacente alio. Sed ipse quidē est preiacēs omnibus alijs entibus ab eo per essentiam distinctis: vt diuina bonitas que est primitiua omni alij bōitati. Sicut ens infinitum qđ est ṗmitiuū enti finito. Et sic pōt dici de diuina magnitudine et eternitate rc. Et in isto passu cognoscit intellectus humanus qꝫ deus est actus purꝰ. Per secundā speciem regule d. queritur/deus de quo est? Et huic respondendum est qꝫ est de suis correlatiuis ante dictis: sicut diuina bonitas que est deꝰ/ que est de suis bonificante/bonificato et bonificare: et oēs isti tres sunt de ipsa bonitate: sicut cōcretū qđ ē de sua essentia: et sicut homo de sua humanitate/et leo de sua leonitate rc. Et i isto passu cognoscit intellectus noster qꝫ in deo nulla malicia/paruitas et nouitas esse potest. Per tertiam regulam d. querit/deus cuius est? Et huic respondendum est qꝫ non est alicui subditus: nā infinitus et eternus est: verumtamen in paradiso ē subiectum omnibus sanctis ab eo recipientibus gloriam obiectam.

De deo per regulā e. deducto.

De deo p regulā e. deducto.



Per primam speciem regule e. queritur/deus quare est? Et ē respondendum qꝫ est formaliter per sua correlatiua ex quibus est. Et per consequens p suas coessentiales rationes: et quia in ipso subiectum et predicatum conuertuntur: vt superius probatum est in sua diffinitione. Sicut substātia que ē per hoc quia est de sua materia/et forma/et coiunctione. Et homo de suo corpore et aia et coniunctione. Et sic de syllogismo potest dici qꝫ suum medium coniunctiuum est cū superiori suo et inferiori. Ulterius deꝰ est per hoc/quia sue ratiōes infinite cōuertuntur secundum indētitatem essentie. Omnes enim sunt vna essentia diuina singularis: et adhuc quia omnes sue dignitates habent actus infinitos: et in sua diffinitione subiectum et predicatuꝫ conuertuntur essentialiter: vt superius dictum est. Et in isto passu cognoscit intellectus qꝫ deus immutabilis est: et qꝫ suum esse aliter se non potest habere. Per secundam speciem regule e. queritur/deus quare est? Et respondenduꝫ est qꝫ est propter suum finem absolutuꝫ. Finis enim infinitus et eternus non potest esse propter finem finituꝫ. Adhuc manifestatur: videlicet qꝫ deus sit propter finem absolutū: et non propter aliū. Quilibet enim correlatiuus suarum dignitatum est propter aliuꝫ correlatiuūt qꝫ quilibet est vt alter sit: alioqꝫ nullus posset habere infinitam bonitatem/magnitud. nem rc. Ulterius deus est: vt sua agētia esse possit/et ecōuerso. Amplius in deo sue coessentuales rationes sunt: vt ipse quidem cum ipsis possit habere actus intrinsecos et infinitos: vt sua agentia intantum infinita sit sicut sua existentia. Et in isto passu cognoscit intellectus errorem illorum in quo sunt dicentes qꝫ deus habeat ratiōes vt agat finite cum ipsis extrinsece/sicut efficiēs in subiecto alieno per accidens. Talis quidem error est euidens. Deus enim absqꝫ coessentialibus naturalibus rationibus habentibus actus intrinsecos et infinitos non esset summum ens et infinitum: quia non esset summus bonꝰ/magnus/eternus per se/sed per aliud: immo homo/aut rosa/aut leo se haberet ī plus respectu finis qꝫ deus/eo quia habent proprios fines naturales ad quos se habēt vt esse possint hoc quod sunt. Et sic patet qꝫ ṗdictꝰ error manifestat.

De deo per regulā f. deducto.



Queritur/deus quātus est? Ad quod respōdenduꝫ ē qꝫ quātitas dicitur duobꝰ modis: videlicet realiter et nōtialiter. Realis qꝫtitas est sicut quātitas corporis: numeralis autem sicut qñ cōputatur vnū/duo rc. Realis quideꝫ qꝫtitas significat

De deo p regulā f. deducto.

q̄titatē continuā: nūeralis aūt discretā. Deus quidē non hȝ quātitatē realē: q: non hȝ corpus/ ens quidē corporeum quātitatem hȝ: sed ipse de⁹ hȝ continuā essentiā ꝛ bonitatē ꝛc. In subiecto enim infinito q̄titas nequaq̄ existere potest sicut in eternitate tempus ꝛ motus non possunt habere esse. Quātitas numeralis in deo esse pōt ratiōe suorū correlatiuorū: sicut in diuina bonitate in qua bonificans cognoscit se esse vnū distinctuȝ: ꝛ cognoscit bonificatū alterū distinctuȝ ab eo. Et inuicē bonificans ꝛ bonificat⁹ cognoscūt bonificare esse alterum distinctū ab ipsis: et sic sequitur in ipsis q̄titas numeralis: videlicet vnū/duo/tres/ ꝛ in isto passu intellectus dubitat vtrum tria correlatiua aut plura sufficiunt in diuina bonitate. Sed recordatus est de diuina vnitate ꝛ singularitate per quas deus est: vnus ꝛ singularis: sicut p̄ suam bonitatē bonus: ꝛ suā magnitudinē magnus ꝛc. Quapropter sufficit vnus singularis bonificans: ꝛ non bonificatus: et vnus singularis bonificatus ꝛ bonificās ꝛ alter vnus singularis bonificare ꝛ non bonificās. Si aūt esset ibi quartus numerus ꝛcā esset ibi destructio vnitatis ꝛ singularitatis. Quartus quidē numerus aut esset bonificans nō bonificatus/ aut bonificatus ꝛ bonificās/aut bonificare ꝛ nō bōificās: et sic esset supfluitas ibi que esset mala cōtra naturā bonitatis infinite: ꝛ vitiosa ꝯtra magnā ꝛ eternā virtutē diuine bonitatis ꝛ etiā ageret cōtra gloriā diuine bonitatis ꝛ esset habitus malus ꝛ priuatiuus: sicut surditas/ignorantia/aut priuatio: qđ est ipossibile. ¶ Ulterius considerat intellectus q̄titatē numeralē que est principiū numeri: ꝛ secūda vnitas oritur ab ipsa: ꝛ tertia vnitas oritur ab ipsis: sicut cōclusio a duabus propositionib⁹: ꝛ sic sequitur numerus perfectus: eo q: omnis numerus in ipsis cōcluditur: videlicet par ꝛ ipar. duo quidē sunt numerus par: tres autē impar. Unde patet manifeste q̄ quarta vnitas est superflua: et etiaȝ quinta ꝛc. ¶ Nā tā sunt habiti par ꝛ impar: ꝛ etiā q: quarta vnitas disiuncta est a scđa vnitate que est ita mediū inter primā vnitatē ꝛ tertiā: sicut in modo prime figure in quo mediū est subiectū in quo coniunguntur predicatū maioris propositiōis/ ꝛ subiectū minoris ꝓpositiōis: vt subiectū ꝛ predicatū in cōclusione cōueniant in natura: vt patet per istū syllogismū. Omne animal est substātia: ōis homo ē aīal: ergo ōis hō est substantia. ¶ Inde igitur cognoscit intellectus q̄ in diuina bonitate sufficit numerus ternus: et q̄ maior neq̧ minor numerus non est necessarius. Uerūtamen in speciebus sunt plura indiuidua quā tres. Sicut vnus/ duo/tres ꝛ quattuor homines in specie humana: ꝛ illa oportet numerari p̄ plures vnitates siue nūeros: vt p̄ se patet.

De deo per regulam g. deducto.



Per primam speciem regule g. queritur/ de⁹ q̄lis ē: et huic debet respōderi q̄ deus est talis quales sunt sue ꝓprietates siue rationes/ꝛ earū actus consubstantiales: sicut per suam bonitatem: q: per ipsam est bonus: ꝛ per magnitudinem magnus est: ꝛ per eternitateȝ eternus: ꝛ sic de aliis. ¶ Adhuc quoniam bonitas est ratio bono q̄ ꝓducat bonū: ꝛ ē p̄ magnitudinē magna: ꝛ p̄ eternitateȝ eterna: ꝛ ipsa bonitas: ergo bōitas ē ratio deo q̄ sit qualis ꝓprie in producēdo bonū infinitū ꝛ eternū: sicut caliditas: et multo melius est ratio igni q̄ per ipsaȝ sit qualis in calefaciendo calefactuȝ bonum/magnum ꝛ durabile. Et hoc significatur in correlatiuis qui sunt per secūdam speciem regule c. Absq̧ enim talibus qualitatibus proprijs ꝛ consubstantialibus deus non posset habere esse ꝓprium/neq̧ per se esse/neq̧ per consequens haberet actus intrinsecos ꝛ infinitos ꝛ eternos. ¶ Adhuc neq̧ appropriate posset aliqđ extra se in alio subiecto: nā esse q̄le appropriatū oportet qđ causentur a quali proprio: sicut aer ꝛ aq̄ qui calefacti sunt p̄ propriā caliditatem ignis. ¶ Per secūdā speciē regule g. queritur/deus qualis est? Et est dicendū q̄ deus est qualis per descriptioneȝ: q: est creator ꝛ gubernator ꝛ saluator ꝛ hmōi: sicut deus q̄ se disponit ad esse iustuȝ et misericordē/piū ꝛ benignū tāq̄ efficiēs cā in effectu suo distincto ab eo per essentiam ꝛ naturam.

De deo p̄ regulā g. deducto.

De deo p̄ regulā h. deducto.



Ueritur vtrū deus sit in tempore? Ad hoc respondet q̄ nō proprie: sed per accidēs. Nā ens eternū habēs actuȝ eternū/ nō pōt esse i tēpore.

De deo p̄ regulā h. deducto.

Sicut infinitum ens qd in q̄titate non potest esse: et sicut numerus senarius in numero quinario: neq3 essentia mala in essentia bōa: neq3 videre i accidēte: neq3 audire in videre: neq3 intelligere i igno rare &c. Et oia ista sunt manifesta p regulā c.d.K. homini subtiliter intuēti cui dimittimus declarari propter vitanda3 prolixitatem.

De deo per regulam i. discurso.

De deo p regula3 i. discurso.



Ueritur / vtrum deus sit in loco? Et respondendū est q deus proprie non est in loco: sed per accidēs. nā sicut eternitas non potest esse i tempore: neq3 bonitas i malicia: neq3 intellectus intelligens vere in ignorantia: sic quidem deus ratione sue infinitatis & immēsitatis non potest collocari in aliquo loco. Infinitas enim et immensitas sunt id per quod deus comprehendit & pertransit omnem locum. ¶ Unde patet manifeste q ipse est i omni loco / & extra omnem locum immensiue / & infinite ab omni quantitate et superficie denudatus existit. Et hoc probant regule b.c.d.K.

De deo per regulam modalitatis discurso.

De deo p regulam modalitatis discurso.



Er regulam K. querit / quomodo deus est / & quomodo agit? ¶ Ad primū sic respōdendum q deus habet modum essendi hoc qd est per illum modum quem habēt sue coessentiales & naturales ratiōes: & hoc figuratur in capitulo loci in quo q̄ritur / vbi deus sit / & quō deus producit in suis correlatiuis: vt supradictū ē. ¶ Adhuc manifeste apparet scienti hāc arte3 q deus h3 modū in agēdo in suis relatiuis: sicut sua bonitas que intrīsecā est ratio bono q agat bonū / & magnitudo q agat magnū / & eternitas / & ratio ei q sit eterna: ergo bōitas est ratio bono q producat bonū / magnū & eternū &c. Et hoc intrinsece / videlicet in suamet essentia & natura sine aliquo accidente. ¶ Amplius deus h3 modū extrinsece rōne cōuersionis suarum dignitatum. Nā quādo deus creauit mundū / intellectus ipsius intellectus ipsius intellexit eum: & sua voluntas voluit: & sua potestas possificauit: et sua bonitas illū bonificauit. Nā bonum fuit creare mūdū: & hoc fuit in instanti / sine successione suarū rationū. Et hunc eūdē modū h3 deus in faciendo miracula / & in iudicādo / & parcendo / & gratias dando / & huiusmodi: quia vult obiectiue agere: & scit ipsum agere: & sua potestas possificat illum: et sua veritas facit illū verum. Et ad tale agere subiectum causatum est obediens. Ens enim finitu3 / enti infinito resistere non potest.

De deo per regulam instrumentalitatis discurso.

De deo regulā instrumētalitatis discurso.



Ueritur / cum quo deus est existens & agens? Et respondēdū est q est existēs cū suis correlatiuis coessentialibus rōnibus / sine quibus nō pōt esse hoc quod ē / neq3 est summum ens / sicut homo sine aīa / & corpore / & capite. Nam si deus esset summus absq3 sua bonitate / iā non haberet naturā cum qua esset disparatus a malicia: & sic iam non esset summus: sed potius esset infimus / quod est impossibile. Et si esset summus absq3 immensitate / iā nō haberet cū q̄ distaret a quātitate. Et si nō esset eternus nō posset segregari a tpe. Et si nō esset per se potens / iam non esset per se: & sic de aliis. Et qz ē per se: vt supra probatur: ergo patet q ē existens cū suis coessentialibus rationibus sine quibus nō esset summus. ¶ Adhuc deus agit intrinsece cū suis rationibus: vt apparet in suis correlatiuis per secūdam speciē regule c. designatis. ¶ Iterū agit cū predictis rationibus & relatiuis extrinsece effectiue / nō aūt naturaliter. Nā ipse inclinat se moraliter ad suum effectū: sicut iustus ad iudicandū cū iusticia: & logicus ad syllogismū cū ratiōe: & huiusmodi. ¶ Diximus de deo per regulā K. deducto: et per ea que diximus de ipso explicite / potest artista dicere de deo p principia implicata reducta ad principia explicata: sicut nos fecimus. ¶ De primo subiecto largo modo tractauimus: quia sua materia est valde diffusa. De aliis autem subiectis nō ita loquemur: quia eorum materia nō est tantum diffusa. Et quoniam noticia potest haberi de ipsis subiectis per hoc quod de primo subiecto diximus: et hoc quidem significatum est in patria. Nam sancti in obiectando deum / oia cognoscunt.

De secundo subiecto scilicet de angelo: et primo per principia deducto.

Deductio angeli per principia.



Bonitas angeli est ei ratio quod agat bonum/in quantum talis ratio est magna/est ei ratio ut agat magnum bonum: et in quantum est durabilis/est ei ratio ut agat bonum durabile &c. Veruntamen non dico quod angelus producat siue generet alium angelum: quia si sic/tunc euacuaret se ratione sue infinitatis/nonitatis/indiuisibilitatis/quas habet a longitudine et latitudine remotas. Illud quidem quod angelus habet in se/ est bonum intelligere/amare et recolere principia naturalia. ¶ Adhuc angelus cum alio habet bona verba. Sed miratur intellectus cur non habeant linguas angeli/et organa et huiusmodi: quo sine locutio pot esse. Quousque recordatur quod locutio eorum nihil aliud est quam bonum intelligere/amare et recolere adinuicem: namque per eorum bonitatem totum hoc est bonum. ¶ Magnitudo angeli est ratio quod bonitas et duratio illius sint magne. vnde sequitur quod bonitas sit magna per suos correlatiuos sine quibus non esset magna. ¶ Sed hic miratur intellectus quid bonificat angelus/postquam ipse non producit siue non generat alium angelum donec recordatur actum aliorum principiorum bonificatorum in suo proprio bonificabili: sicut intellectus quod proprio in suo itelligibili alia principia intelligibilia siue intellecta facit. ¶ Duratio angeli est ratio qua ipse durat: et etiam durant sua principia et actus in instanti sine successione eorum. Sed miratur intellectus quod est causa sue sustentationis cum non recipiat nutrimentum ab extra atque augmentum quousque recordatur est angelicam naturam: que quidem non est composita ex contrariis. Et si sol qui est ens corporeum durat sine nutrimento/et multomagis angelus quod est spiritus a superficie denudatus. ¶ Potestas angeli est ei ratio quod possit existere et agere. ¶ Sed miratur intellectus cum ipse non habeat organa/que sint sua instrumenta agendi: et tunc temporis recordatur correlatiuos sue potestatis cum quibus agit/quasi per modum instrumentorum possificando. nam sicut caliditas que est accidens est instrumentum cum quo ignis potest agere calefaciendo/sic et multopotius angelus per correlatiuos sue potestatis potest existere et agere. ipsi enim correlatiui substantiales sunt ei. ¶ Et in isto passu cognoscit intellectus quod principia consubstantialia angelorum sunt eis quasi per modum instrumentorum. ¶ Et in isto passu cognoscit intellectus quod est ratio quare angelus est in altiori gradu quam entia inferiora. ¶ Intellectus angeli est ei ratio qua ipse intelligit cum suis correlatiuis: nam cum suo intellectiuo est intelligens/videlicet est actiuum intelligendo in suo intelligibili in quo alia entia intelligit. Quid mirum si hoc facit: ignis namque qui non habet tam altam virtutem sicut angelus/in suo ignibili alia elementa calefacit. ¶ Adhuc quidem miratur intellectus per quem modum intellectus angeli/cum non faciat species per sensum neque per imaginationem/quo intelligit ipsas: ¶ Sed recordatur est intellectum angelicum/quod est quasi per modum instrumenti ad intelligendum: licet sit angelo consubstantialis/sicut et alia principia sunt ei consubstantialia/sicut voluntas hominis ad volendum: et multomagis/eo quia non pot velle sine organo corporali: angelus autem qui altior creatura est quam homo/pot intelligere sine organo ei coniuncto. ¶ Angelus vtitur sua voluntate tanquam instrumento/quamuis vere non sit instrumentum/voluntas quidem naturalis est angelo ad volendum: vt cum ipsa voluntate agat diligibilitatem ei signatam per ordinem supremum. ¶ Sed miratur intellectus que est causa quare voluntas angeli potest diligere illa que non sunt in sensu neque in imaginatione: sed recordatur suam ruditatem et grossiciem quam habet: eo quia cum sensu et imaginatione est coniunctus: voluntas autem angeli sic: et multo magis se potest habere ad obiectum absque sensu et imaginatione/sicut planta ad appetitum sine sensu et imaginatione. ¶ Angelus habet virtutem cum qua naturaliter agit in suis principiis/in quantum per ipsam virtutem sunt virtuosa/et habent actus virtuosos/et per bonitatem bonos/et per magnitudinem magnos &c. ¶ Sed miratur intellectus per quem modum angelus acquirit virtutes accidentales/vsque quo recordatur angelum habere virtuosos habitus/obiectando obiecta per virtuosum intelligere et amare: et etiam per iustum et prudentem et charitatiuum agere ipsis adiuuantibus nos contra peccata: et malos angelos/nobis denunciationes faciendo a supremo principio/et nostras orationes ad ipsum reportando/et pro nobis rogando. ¶ Angelus per suam virtutem est verus intelligens/amans et recolens: sicut homo/et multomelius qui per suam animam vere intelligit /diligit et recolit: et per suam imaginationem vere imaginatur: et per

suum sensum vere sentit. ¶ In isto passu miratur intellectus quare angelus vere intelligit hoiem coloratū/iustum ꝛ iniustum: cuꝫ non habeat oculos: quousq; recordaꝛ quēdā rusticū: qui mirabaꝛ q̄re rex habeat diuitias ꝛ honores / postq̄ ipse rusticus pauper erat ꝛ sine honore. In angelo sua gloria est ei quasi instrumentum cū quo est gloriosus: sed sua voluntas est et quasi instrumētū cū quo diligit se: ꝛ sua bonitas cū qua est bonus. ¶ Sed hic miratur intellectus querendo que est causa quare angelus est gloriosus: postq̄ non habet delectationem per sensum ꝛ imaginationem/donec recordatur hominem habentem maiorem delectationem/ ꝛ gloriam: obiectando suum obiectum/intelligendo/amādo et recolendo/q̄ obiectando: etiā inferiora sentiendo ꝛ imaginando. ¶ In angelo sua differentia coessentialis est ei rō q̄ sit ex pluribus principijs differentibus numero. ¶ Sed miratur intellect⁹ que causa est illius differētie: cum in angelo sua principia non differant per colores/ sapores ꝛ figuras/ ꝛ huiusmodi: donec recordatus est q̄ sonus nō ē obiectū visus/ nec color auditus. ¶ In angelo sua concordantia est, cā quare sua principia (q̄ sunt multa) conueniūt in vna substātia bona per bonitatē: ꝛ magna per magnitudinem ꝛc. ¶ Sed miraꝛ de hoc intellectus quousq; recordaꝛ elementatum in quo multa elementa cōueniūt in vno cōposito/per ignem igniuum ꝛ calefactū/ per aerem aerificatū ꝛ humefactū/per aquā aqueificatū ꝛ frigefactū/ ꝛ p terrā terrificatum ꝛ desiccatū. ¶ Angelus nō est ex contrarijs compositus: naꝫ sic est extra elementa per naturam: sicut est extra punctos/numeros/figuras/ ꝛ huiusmodi. ¶ Sed miratur intellectus cū angeli boni et mali non sint ex contrarijs compositi: quid ergo est causa quare ipsi sunt adinuicem contrarij: donec recordatur q̄ bonus āgelus est habituatus de fine primo: angelus vero malus euacuatus est illo. Et in isto passu cognoscit intellectus q̄ illa contrarietas ē valde admirabilis ī euo sempiterno. ¶ Angelus per suum principium est efficiens effectiue: ꝛ sua forma est; de suis tiuis cōstituta: videlicet de suo essentiali bonificatiuo/magnificatiuo ꝛc. Et sua materia ē ꝯstituta de suo bōificabili/magnificabili ꝛc. sine q̄ nō eēt receptibilis su⁹ finis naturalis: vt sit hoc quod ē sine alia essentia sibi coniūcta. Sed est vnus ali⁹ finis supremus: videlicet deus benedictus in quo quiescit intelligendo/amando/recolendo suum intelligere/amare ꝛ recolere/bonificando/magnificando ꝛc. ¶ Sed miratur intellectus per quē modum angelus habet naturam/cum sua essentia non sit diuisibilis/neq; alterabilis: sed recordatur solem esse indiuisibilem ꝛ inalterabilem/eo quia a motu et a successione est remotus. ¶ Angelus est medium siue subiectum in quo suus finis influit suis principijs ꝛ principia refluunt fini quolibet principio mensurante seipsum cum alio tantum quantū ipsum est: vt ex eis sit vna substantia cōpleta. ¶ Sed miratur intellectus cum angelus non habeat q̄titatem cum linea/per quem modum habere pōt mensurationes acsi posset eē compositus ex pluribus principijs/ donec recordatur q̄titatem spiritualem extra lineam et punctos substentatam in subiecto: sine qua vnus angel⁹ non posset habere maiorem essentiam ꝛ actum q̄ alius: neq; etiā vnus angelus posset recipere a deo maiorem gloriam q̄ alius. ¶ Finis angelis consistit duobus modis: videlicet naturaliter ꝛ supernaturaliter. Naturalis est sicut bonus magnus finis ꝛc. ꝛ vt naturaliter habeat bonos ꝛ magnos act⁹ ꝛc. Supernaturalis finis est ille q̄ est ex parte sui obiecti supremi/qđ summe est intelligibile/amabile et honorabile. Et quia deus per angelum intelligitur/amatur et recolitur: non autē per angelum bonus ꝛ magnus fit ꝛc. sunt in essentia angeli intellectus/et voluntas/ et memoria in altiori fine / q̄ sua alia principia. ¶ Sed miratur intellect⁹ de ista maioritate et minoritate existentibus in eo: cū in sua essentia omnia sua principia sint equalia: donec recordatur illud quod dictum est de suo obiecto superius. ¶ Maioritas quam habet angelus quo ad suam speciem est maior q̄ maioritas hoīs quo ad suā speciē. Et ideo sicut adamas attrahit ferrum per speciem: sic angelus per maioritatem sue speciei / habet scientiam de inferioribus absq; organo: et etiam potestatem in ipsis sine organo. ¶ Sed miratur intellectus per quem modum hoc esse potest: donec recordatur q̄ ille modus est et difficilis ad cognoscendū: non autem angelo ad agendum: angelus namq; maiorem maioritateꝫ habet quo ad suam speciem/ q̄ homo quo ad suā. ¶ In āgelo est equalitas intellect⁹

memorie & voluntatis: vt ipse equaliter possit obiectare deū/intelligendo/amādo & recolendo. Ratio hui⁹ est: q2 deus equaliter est intelligibilis/amabilis et recolibilis: & hoc quidem bonū est & magnum &c. alis suū oppositū esset magnū malum potestatis/eternitatis &c. quod est impossibile. ¶ Sed miratur intellectus/q est cā quare rationes angelorum non sunt equales in agendo intellectui voluntati & memorie: sed recordatus est solutionem huius questiōis superius facte. ¶ In angelo est minoritas innata/ eo q2 creatus/finitus & nouus est. Nam deus creauit ipsum ex nihilo: quod non est aliud. Et de illa minoritate angelus malus est habituatus ad agendum peccatum/inclinando se libere ad agenduз peccata. ¶ Sed miratur intellect⁹ que est causa/quare inclinat se ad peccādū/ quousq3 recordatur q angelus malus sic volēdo inclinat se ad peccatum: sicut angel⁹ bonus ad virtutē/diligēdo illas.

De angelo per regulā b. deducto.

De angelo per regulam b. deducto.



Er regulā b. queritur/vtrū angelus sit siue angeli sint? Et videtur per ipsam regulam b. q sic: vt patet i mixtione principiorū. Sed in hac parte intendimus hoc explicare et probare per mixtionem principiorum/ isto modo resumendo aliqua que dicta sunt in capitulo bonitatis. ¶ In principio capituli de bonitate dicitur in pma parte secunde partis pncipalis distinctionis/q bonitas per se est ratio bono q agat bonum siue producat: & quia est magna per magnitudinem: est ratio duplicata bono q producat magnuз bonū: & hoc scit diuina sapiētia que bōa & magna est. Et q2 diuina voluntas equiparatur diuine bonitati: et sapientia i magnitudine vult q sint angeli: & si vult/ergo sunt angeli. ¶ Dicitur in capitulo sapientie/capitulo preallegato/ q bōitas per sapientiam est scibilis &c. Et ideo diuina bonitas est scibilis: & sicut est scibilis/& est amabilis/est scibilis/& amabilis cū magnitudine sue scibilitat/& amabilitatis: ergo est scibilis & amabilis su⁹ actus: & per cōsequēs suus effectus: quia amabile est. Ergo angelus qui est magnus effectus/magis bonus/magnus/ qui esse possit in creatura: & si nō est effectus diuine bonitatis/est scibilis & maiori magnitudine possibilitatis scilicet & potentia. Et diuina voluntas non vult q veniat in actum: quod est impossibile/et contra amabilitatem effectus diuine bonitatis. ¶ Dicitur in capitulo voluntatis: capitulo dicto/q bonitas per volūtatem est amabilis &c. Si angelus est/ totum vniuersum est perfectum: & quia in vniuerso nos habemus corpus inanimatum non coniunctum/sicut lapis: et habemus corpus animatum coniunctū/ sicut planta/leo/homo &c. Et ideo debemus habere spiritum non coniunctum qui est superior/et magis similis deo: & hoc scit diuina sapientia. Et si spiritum non coniunctum non habemus: scilicet angelum diuina voluntas impedit ipm esse: eo quia non vult ipsum esse & cōtradicit magne actioni diuine bonitatis in hocquod est superius: & non in hoc qđ est inferius: quod est impossibile: & contra diuine sapientie scibilitatem: ergo probatum est per causas superiores q angeli sunt. ¶ Probauimus angelos eē per tres ratiōes supradictas: & quia cui tamus prolixitatez/sufficiat quod dictū est. ¶ Et in isto passu ostēsuз ē q mixtio principiorum est materia/& subiectum in quo artista potest multa ad placitum inuenire & ad propositum applicare.

De angelo per regulam c. deducto.

De angelo per regulā c. deducto.



Er primam speciez regule c. queritur/quid est angelus? Et respondendū est per istā primam speciez/q angelus est illa creatura que magis similis est deo: eo quia est spiritus nō coniunctus: et agit de inferioribus sine organo corporali et huiusmodi. ¶ Per secundam speciem queritur/quid habet angelus in se sibi coessentiale & naturale? Et respondendum est q habet suas partes innatas ex quibus est constitutus: sicut sunt sua innata bonitas & magnitudo &c. excepta contrarietate que non est sibi qualitas innata: & quia habet suam bonitatem innatam cum natura bonificantis/bonificabile & bonificare: et sic de magnitudine et alijs/ habet suas innatas actiones et passiones: et cum suis accidentibus agit intus et extra/et in suis passionibus innatis recipit intra quod venit ab extra: sicut cū sua intelligibilitate recipit

intelligibilitates peregrinas. ¶ Per tertiam speciem querit/quid est angel⁹ in alio? Et respondendum est q̄ est agens ⁊ patiens: agens sicut in inferioribus in quibus agit intelligendo ⁊ diligēdo ⁊c. Et sua potestas perficit hoc qđ sua volūtas vult: et hoc qđ suus intellectus intelligit: ⁊ de sua memoria recolit. Et hoc sine successione ⁊ fantasmate: adiuuāte tamen diuina bonitate/magnitudine ⁊c. Et per presentiam dei recipiēdo ab ipso influētias causarū patiēdo: ⁊ ista passio est sibi salus ⁊ pfectio: angelus vero malignus recipit ab extra passiões: quādo non potest peccata impetrare. Et habet passiões: qz deus abest ei per gratiam: ⁊ euacuatus est a suo fine. ¶ Per quartaȝ specieȝ queritur/quid hȝ angel⁹ i alio? Et respondendū ē q̄ habet in inferioribus potestatē: eo qz agit sine tactu/sine visu/auditu ⁊ imaginatiōe: ⁊ istā potestatē hȝ per p̄sentiā dei sic in qua est: sicut aia coniuncta que hȝ potestatē in potentijs inferioribus/eo quia cū ipsis coniūcta est. Habet adhuc āgelos bonos gloriam in deo: ⁊ malus angelus penā: sed hoc esset longum enumerare.

De angelo per d. deducto.



Per primā speciē regule d. queritur/de quo angelus est? Et respondendū ē q̄ ē de seipso: qz nō est deriuatus de aliquo alio. Ratio huius est/vt sua inata bonitas/magnitudo ⁊c. sint ei pricipia innata primitiua/⁊ dissimilia/⁊ icorruptibilia: vt sua essentia possit esse permanens incorruptibilis: tamen dicimus q̄ a deo est creatus. ¶ Per secundā speciē querit/de quo est angelus? Et respōdēdum est q̄ est de suis principijs innatis: sicut de sua vera bōitate/magnitudine ⁊c. ⁊ quia quodlibet inest ei tripliciter: sicut bonitas per bonificatum/bonificabile ⁊ bonificare: et magnitudo per magnificatum/magnificabile ⁊ magnificare ⁊c. Et quia ista principia differunt essentialiter: angelus est compositus de sua bonitate/magnitudine ⁊c. Et de omnibus suis tiuis est in ipso cōstituta vna forma in communi cum qua est actiuus et de omnibus suis bilibus: videlicet bonificabili ⁊ magnificabili ⁊c. est constituta vna materia cū qua passiuus est: ⁊ de omnibus suis. s. bonificare/magnificare ⁊c. est constitutus vnus actus in cōmuni cum quo causat actus extrinsecos: vt de omnib⁹ supradictis trib⁹ sit suā substātia composita/⁊ vnita/⁊ substantialiter ab oi materia corpali dispata. ¶ Per tertiam speciem queritur/angelus cui⁹ est? Et est respondendum q̄ est dei cum benedictione/⁊ gloria/⁊ glorificatione: sed angelus malus est dei cum contradictione/pena ⁊ dolore.

De angelo p.d. deducto.

De angelo per regulaȝ e. deducto.



Per primā specieȝ regule e. q̄ritur/q̄re est angelus? Et respondendū ē q̄ est ex suis principijs naturalib⁹ constitutus: vt supra diximi⁹ in secunda specie regule d. quoniā suū principium cuȝ alio cōponitur/oportet dari ens in cōi de necessitate compositū. Sicut dicitur q̄ iuncta anima cū corpore/sequitur homo de necessitate. Et posita elementatiua cū vegetatiua/sequit elementum vegetatiuum de necessitate. ¶ Per secundaȝ specieȝ queritur/quare est angelus? Et respondendum ē respectu finis q̄ angelus est: vt deum intelligat/diligat/⁊ recolat/⁊ ei honorez faciat/⁊ impleat vniuersum: quia si nō esset angelus in parte/esset vacuuȝ vniuersum: vt superius probatum est.

De angelo p regulam e. deducto.

De āgelo p regulā f. deducto.



Per regulam f. queritur. Angelus quantus est? Respondendum est q̄ est tantus q̄ntum esse ē sue essentie: quod esse habet quantitatem continuam inq̄ntum est vna substantia. Et habet quantitates discretas: eo quia ex pluribus principijs est compositus: et q̄ hoc sit verum/significatum est in secunda specie regule d. vbi queritur/de quo angelus est. ¶ Per regulaȝ g. queritur/qualis est angelus? Respondendum est q̄ angelus est duobus modis/qualis videlicet per qualitates innatas et proprias. Et per qualitates appropriatas non sibi naturales. Uocamus autē propriam suam naturalem ⁊ substantialeȝ bonitatem/magnitudinem ⁊c. ex quib⁹ est constitutus. Et vocamus appropriatas suam bonitatem acquisitaȝ/magnitudinem/iusticiam ⁊c. Et in angelo malo vocam⁹ appropriatas qualitates maliciam suam/inuidiā ⁊c. ¶ Per regulā h.

De angelo per regulā f. deducto.

querit/de tempore angeli. Et dicimus q̃ angel9 est in tẽpore: eo q2 est incept9 in tẽpore sine quo inceptus non fuisset. Ratio huius est: q2 hoc qđ est ⁊ nõ erat sine tẽpore non potest esse. Est adhuc angelus in tẽpore q̃tũ ad suã cõtrarietatẽ: hoc ẽ sine successiõe ⁊ sine motu: s3 qñ agit extra/agit devno nunc in alio: sicut quãdo agit in die dominico hoc qđ agebat in die sabbati. Et est in vno tempore qñ est rome de die: et est in alio tẽpore qñ est de nocte parisius. Uerũtamen qñ recedit a roma/⁊ est parisius/ su9 recessus non est cũ motu/nec cũ successiõe. Quoniã sicut nõ indiget oculis ad vidẽdum colorem: sic non indiget motu: neq3 successione in recessu: sed vult ⁊ est vbi vult. ¶ Per regulam i. queritur de loco angeli. Respondendum est q̃ angelus ẽ in loco/eo quia in loco creatus est: s3 nõ est in loco occupans locũ: quia locus nõ potest esse occupatus sine linea/angulo ⁊ figura a quibus est omnis angelus separatus. Et est in loco/eo quia in vno loco est/⁊ non in alio in quo non ẽ: et est in illo in quo agit/in quo loco agere nõ potest sine presentia sua. Ratio hui9 est/ eo quia cum sua essentia agit ⁊ non cu3 organo. ¶ Per primam speciem regule K. queritur/quomodo angel9 est ⁊ quomodo agit? Et respondendum est q̃ angelus habet modum essendi per compositionem suorum principiorum: vt figuratum est in secunda specie regule d. supradicta. Et habet modum agendi cum suis principijs cum quibus causat act9 exteriores: sicut cum sua bonitate bonificatum/⁊ cu3 sua potestate possificatu3/ ⁊ sic de alijs. ¶ Per secundam speciem regule K. queritur/angelus cum quo ẽ ⁊ cum quo agit? Et respondendu3 est q̃ est cum suis principijs innatis ⁊ naturalibus aggregatis vt in secũda specie regule d. significatum est. Et agit cũ ipsis videlicet cum intellectu intelligit/cũ voluntate diligit/cum memoria recolit: et si bonus est/cu3 sua bonitate bonificat/ ⁊ cum sua potestate potest ⁊c. Et si mal9 est/malificat suum intelligere/recolere ⁊ amare: et sic de alijs: ⁊ hoc intrinsece ⁊ extrinsece agit cum suis principijs/i causando extra cum actu qui est intra. Sicut homo qui causat mente verba que profert ore.

De celo per principia deducto.


In capitulo isto tractabim9 de celo cum principijs unatis ex quibus est/cum quibus se habet ad principia inferiora effectiue/sicut efficiens ad suum effectum. De celo p principia deducto. ¶ Celum ẽ bonum per suam bonitatem innata3: ⁊ est magnum per suam magnitudinem naturalem: ⁊ ideo sua bonitas ⁊ sua magnitudo sunt ei rationes vt bene agat magne ⁊ naturaliter in istis inferiorib9 mouendo se ⁊ alia. Et si dicatur q̃ quãdoq3 agit male/vt Saturnus qui est malus? Respondeo q̃ hoc est per accidẽs: q2 inferiora non recipiunt bene propter contrarietates elementorum ratione quarum Saturnus causat quandoq3 monstruositates i inferioribus per nimiam frigiditatem ⁊ siccitatem. ¶ Celum est magnum ⁊ durabile. magnum quo ad essentiam ⁊ agentiam: et est durabile/ eo quia est incorruptibile ⁊ immateriale: et nõ est aliquod ens excepto deo qđ possit illud cogere/neq3 suum motũ impedire. ¶ Celum est durabile per se/ eo quia duratio est ei q̃litas innata. ¶ Celum est per se potens/eo quia sua potestas est qualitas sibi innata /⁊ sicut sua duratio est magna ⁊ bona: sic sua potestas est bona ⁊ magna. Et i illo passu apparet q̃ celum potest seipsum mouere/ vt sua bonitas/magnitudo ⁊ duratio nõ deficiant potestati /neq3 potestas eis. ¶ Celum sicut habet voluntatem naturalem sibi coessentiale3/sic habet instinctum naturalem sibi coessentialem cum quo gubernat suum ordinem/⁊ suũ motum/et actus suorum principiorum/sine quo instinctu hoc non posset facere. Sicut leo qui cum Saturno habet vnũ instinctum per calidum ⁊ siccum ⁊ frigidum: ⁊ per nocturnitatem/⁊ masculinitatem/⁊ diuturnitatem/ maliciam/ plũbitatem/⁊ dyasobrijtatem. Alium vero cum Ioue per bonitate3/⁊ stagneitatẽ/ ⁊ dyaioueitatem/⁊ sic de alijs. ¶ Celu3 habet instinctum vt supradictum est: et habet appetitum q̃ cum appetitu suo mouet se ⁊ inferiora vt habeãt appetitum ad ipsum. Et habet vnum appetitum cum vno planeta/⁊ alium cu3 alio/ sicut supra per instinctum exemplificatum est. ¶ Celum habet appetitum: et habet virtutem. Et sicut suus appetit9 est sibi naturalis ⁊ coessentialis: sic sua virtus: et sicut est bonus suus appetit9 per suam bonitatem /magnus per sua3 magnitudinem: sic sua virtus. Et sicut habet vnum appetitum cu3 leone/

alium cum virgine/aliuꝫ cuꝫ Saturno/
alium cum Joue:sic de virtute. ¶ Celū
est virtuosum: vt dictum est:et est verū
per se:quoniam sicut est virtuosum per
virtutem innatam/sic est verum per ve
ritatem innatam:per quā veritateꝫ po=
nit in vero appetibilia:et ad hoc concur
runt instinctus/ potestas ⁊c. ¶ Celū est
verum:vt dictum est:⁊ habet delectatio
nem innatam:non dico vegetatiuā/sen=
sitiuam/imaginatiuā/⁊ etiaꝫ ratiocina
tiuam/sed motiuam:quoniam sicut plā
ta in vegetando habet aliquam delecta
tionem naturalem:sic celum mouendo
seipsum ⁊ inferiora. Et sicut delectatio
vegetatiue non attingitur per sensum:
nec per imaginationeꝫ:sic de delectatio
ne eius:sed solum intellectus hoc attin=
git. ¶ Celum habet delectationeꝫ: vt di
ctum est: ⁊ sua delectatio est inconfusa
per differentiam que est sibi principiuꝫ
innatū in quo agit ⁊ causat multas dif=
ferentias delectando. Ipsa vero differē
tia est insensibilis/eo quia est principiū
generale. ¶ Celum est ex pluribus diffe
rentijs/ sicut totum ex pluribus parti=
bus suis. Et concordantia est vnum prin
cipium sibi coessentiale cum quo causat
multas concordias:⁊ sic est vna substan
tia habens in se plura per differentiam
⁊ concordiam. ¶ Celum habet concordā
tiaꝫ:vt dictū est:et hꝫ contrarietatē pe=
grinam non sibi coessentialem:vt nō sit
corruptibile. Sed est instrumentū quo
contradicit inferioribus:sicut per calidū
et frigidum/siccum ⁊ humidum/per diu
turnitatem ⁊ nocturnitatem/⁊huiusmo
di:cum quibus causat menstruositates/
fulgura/tonitrua/infirmitates/infortu
ma ⁊ huiusmodi. Contrarietas non ē pri
cipium celi sibi coessentiale:sed concor=
dantia est suum principium vt dictum
est. Et sic celum magis agit in inferiori
bus concordando ꝙ contrariādo /ratio
ne cuius sunt plures sanitates ꝙ infir=
mitates:plura fortunia ꝙ infortunia :⁊
frequentius oritur homo cuꝫ duobꝰ ocu
lis ꝙ cum vno:et sic de alijs. ¶ Celū ha
bet sua principia innata: vt dictum est:
cum quibus principiat inferiora effecti
ue /mediantibus entibus naturalibus
inferioribus: sicut sunt celi qualitates
et proprietates eorum. Et sicut de ele=
mentis:sicut de metallis/⁊ vegetatis/⁊
sensuatis. Et ad hoc concurrit magnitu
do celi que magnificat potestatem celi ⁊
suum instinctum/appetitum/ virtuteꝫ/
⁊ huiusmodi:vnde sequitur influentia a
superioribus ad inferiora:et refluentia
de inferioribus vsqꝫ ad lunam:⁊ hec con
tinue:et ratio huius est:quia celū semp
est in continuo motu. ¶ In celo est me=
dium sibi coessentiale cū quo causat me
dia inferiora:sicut bonificare celeste cau
sat bonificare eternum:et mouere cele=
ste causat mouere terrenū:⁊ sic de alijs.
¶ Celum habet medium:vt supra dictū
est:per qđ ⁊ cū quo sua pricipia trāseūt
ad fineꝫ:vt in ipso quiescant:que quies
est mouere seipsuꝫ ⁊ inferiora. Ratio hu
ius est:quia ad hoc creatum est. ¶ Finis
celi est cum maioritate:vt seruiat homi
ni/⁊ homo deo:quoniam suus finis non
potest esse in altiori gradu: scilicet sub
isto/maiori fine est suus finis:maior:scili
cet mouere ⁊c. Sicut maior finis vegeta
tiue/vegetare:⁊ maior finis sensitiue est
sentire. ¶ Dictum est de maioritate ce=
li:⁊ sua maior equalitas est eq̄litas suo=
rum principiorum sibi coessentialium.
Equalitates celi participant cum mino
ritate respectu anime:quia nō habet in
tellectum /memoriam/et voluntatem/
neqꝫ meritum accipere potest.

De celo per regulas de= ducto.


Queritur/vtrum celū sit ab
eterno? Et respondendum
est ꝙ non: vt signatum est
per regulam b. Sed ad
maiorem euidentiam huiꝰ
scientie/siue artis ⁊ doctri
ne/in isto capitulo intendimus explica=
re illud quod est quantum ad celum: et
per hoc quod dicemus de celo/dabimus
doctrinam artiste per quaꝫ sciet agere.
et quia prolixitatem volumus euitare/
applicabimus tantūmodo b. ad alias
litteras positas in alphabeto huius ar
tis vsqꝫ ad K. ⁊ sicut applicabimus b.
ad alias litteras/ita possunt alie littere
alijs ad inuicem applicari. ¶ Si celum
est ab eterno/non est creatum de nihi=
lo:eo quia semper fuit/neqꝫ est factum
de aliquo: eo quia vltra celum non est
dare materiam de qua possit fieri/neqꝫ
infra:eo quia sua magnitudo omnia cō
tinet. Et sic diuina bonitas non est ra=
tio deo quod agat bonum celum /neqꝫ
bonitatē celi:eo quia est eterna. Et sic de
magnitudine dei que non causat magni
tudinē celi. Vñ sequit ꝙ mūdꝰ nō est ef=
fectꝰ q̄ ad suā bonitatē ⁊ magnitudineꝫ

De celo ꝑ reglas de ducto.

.b .c.

Et ideo est differentia inter bonitatem dei/ꝛ bonitatem celi/siue concordantiā: ꝛ sic de magnitudine que concordantiā requirit secundum iusticiam inter causam ꝛ effectum. Et ideo priuata concordantia/oritur contrarietas ꝛ iniuria/et causatur auaricia:et bonitas dei non est magis ratio ei ꝙ agat bonum magnū effectum/postꝙ deus non consentit rationi sue bonitatis:et qꝛ omnia ista sunt impossibilia/sequitur ꝙ celum creatum est ꝛ nouum. ¶B.d.Si celū est eternū: plures eternitates sunt:videlicet eternitas dei ꝛ eternitas celi:et cum eternitas celi implicantur infinite eternitates:sicut innata bonitas/duratio ꝛc.ꝛ sic de suis stellis ꝛ reuolutionibus.Et ita cito fuit iniuria ꝛ gula:sicut iusticia ꝛ malicia:ꝛ contrarietas/sicut bonitas ꝛ concordantia in hominib⁹:quia nunꝙ fuit primus homo/neqꝫ secundus/nec erit vltimus.Et sic deficit diuina bonitas:ꝛ non est ratio deo ꝙ diuina bonitas precedat maliciam et eternitas dei eternitatem celi.Et sequitur etiam ꝙ non sit alia vita:quoniam tota materia contenta ꝑ celum/non sufficeret ad resurrectionem hominum mortuorum/quod intendim⁹ probare:et sic iusticia dei esset defectiua ꝛ impedita ad remunerandum iustos/ꝛ puniendum iniustos in eternum:ꝛ iniuria ꝛ malicia essent cause huiusmodi. Et fortitudo dei esset debilitata/ꝛ luxuria esset eterna:ꝛ quia omnia ista essent impossibilia/sequitur ꝙ celum sit nouū ꝛ inceptum.¶B.e.Si celum est eternū per se/potest esse eternum:quoniā ens eternum nunꝙ fuit in potētia ad essendum: neqꝫ est in potentia ad non essendum:et sic potestas dei non esset cā potestatis celi/bonitas dei bonitatis celi. Etiam potestas dei non posset priuare potestatem celi/eo quia celū per se gubernat se:et sic superbia est eterna:et ꝑ consequens peccatum.¶Unde sequitur ꝙ celum habet in se suum finem: et de⁹ non est suus finis.Quoniā priuata cā/priuātur effectus.Et qꝛ omnia sunt mala/iniuriosa/et plena superbia:et cōtra regulam b.ostensum est ꝙ sunt impossibilia:ergo de questione negatiuā est tenenda.¶B.f.Si celum est eternum: tēpus est eternum.Et sic eternitas dei nō precedit tempus/quod est contra iusticiam/fidem:et acidia est eterna:ꝛ sequitur iniuria eterna:ꝛ hoc est scibile a diuina sapientia:ꝛ diuina bonitas est ratio deo ꝙ agat bonū/mala predicta destruendo:ꝛ deus ad hoc non consentit:et sic sua sapientia facit ipsum iniuriosum ꝛ pigrum ꝛ malum: et quoniam omnia impossibilia/ideo ꝛc.¶B.g. Si celū est eternum:aut est vna voluntas eterna generalis omnibus voluntatib⁹ hominū/ex qua omnes alie particulares materialiter generantur:aut deus creat volūtates particulares hominum.ꝛ sicut est vna generalis/ipsa voluntas generalis est diuisibilis:et voluntates particulares sunt corruptibiles generales eternaliter.Et sic iniuria est facta istis volūtatibus particularib⁹ que diligūt deū. Et iusticia dei non habet iudiciū eternum in ipsis:neqꝫ in voluntatibus que oderunt deum ꝛ spem:ꝛ diligunt inuidiā. Et ista sunt impossibilia/ꝛ contra iusticiam dei/ꝛ bonitatem/supposito ꝙ voluntates particulares non corrumpentur: quoniam generalis voluntas ad hoc non posset sufficere tanꝙ materia: ergo est impossibile esse generalem volūtatem eternam. Et si voluntates a deo sunt create/et celum est eternum/creatio non habet finē in quo quiescat:quoniam nunꝙ fuit prima voluntas/neqꝫ secunda/neqꝫ vltima erit:ꝛ tale incōueniens quale posuimus in paragrapho b.d.ergo ꝛc.¶B.h.Si celū est eternū/ab eterno fuerunt virtutes ꝛ vitia: ꝛ in quantitate vitia sunt maiora ꝙ virtutes:et diuina bonitas et charitas sunt ratio deo ꝙ virtutes sint maiores ꝙ vitia:et deus ad hoc non consentit:ꝛ sic est iniuriosus:et contra suam charitatem ꝛ iusticiam/quod est impossibile:ꝛ suū oppositum est necessarium.¶B.i.Si celū est eternum/sua eternitas est equalis ī duratione eternitati dei:et veritas ē mēdacium:ꝛ patientia in patientia sunt eq̄liter eterne: et quia omnia sunt contra bonitatem diuinam/iusticiam ꝛ veritatem /sequitur ꝙ celum est nouum:et ꝙ iustum est ꝙ diuina bonitas ꝛ veritas sic precedant duratione celi per eternitatem earum:sicut precedunt bonitatē ꝛ veritatem celi/que terminate sunt et finite/cum immensitate et infinitate earum.¶B.k.Si celum est eternum/ab eterno fuerūt artes liberales ꝛ mechanice:et sic non fuit quies in hac vita: et pietas ꝛ inconstantia non sunt eterne:ꝛ per consequens martellus et forpices:ꝛ ista non est/vt sit alia/eo quia vna eternitas non creat aliam:neqꝫ in alia quiescit:ꝛ est minoritas circa nihil: ꝛ nunꝙ trāsit ad nihilū.Et qꝛ oīa ista mala ꝛ iniuriosa sunt/ꝛ contra diuinam bonitatē ꝛ iusticiā:sequitur de necessitate ꝙ celū

est nouum ⁊ creatum.

De celo p regulā c. deducto.

De celo p regulā c. deducto.



Er primā speciē regule c. queritur quid est celum? Et ē respondēdū ꝙ est primū mobile: ⁊ est corpꝰ habens maiorē magnitudinem/maiorē motū: ⁊ vltra ipsum non est mobile: ⁊ est corpus per se mouens/eo qꝛ nulla mobilitas est maior suā: ⁊ ideo motus ab ipso incipit/naturaliter loquēdo ⁊ ab ipso remanet: et ipse est fons a quo motus aliqñ deriuatur/sicut riuuli a fonte. ¶ Per secundā speciē queritur/quid hꝫ celum in seipso sibi coessentiale ⁊ naturale? Et respondēdū est ꝙ hꝫ suā motiuitatē/mobilitatē ⁊ mouere: per quā motiuitatē hꝫ formā: per mobilitatē hꝫ materiā: ⁊ p mouere actū cū quo creat actus extrinsecos. ⁊ hꝫ suā īnatā bōitatē/magnitudinē ⁊c. et etiam stellas/planetas ⁊ signa/et sic de aliis partibus suis coessentialibus. ¶ Per tertiam speciem queritur/quid ē celum in alio? Et respondendum ē ꝙ celum est in elementis agens/mouens/⁊ influens/nullam passionem in illis habens: ⁊ hoc est ratione sue magne actiuitatis ⁊ motiuitatis: etiā in seipso non recipit augmentū/neqꝫ diminutionē. Et d' hoc miratur intellectus: cum celum sit ī ita magna motiuitate/sine aliqua alteratione ⁊ mutatione subiecti. Sed fortificat se considerādo potestatem diuinaꝫ ⁊ infinitam/q̄ potest creare talē effectū ad placitum. ¶ Per quartam speciē q̄ritur/quid habet celum in alio? Et respōdendum est ꝙ celum habet naturaliter dominium in elementis ⁊ elementatis cum quo causat mobilitates naturales in inferiores regiones/quattuor tempora/dies/horas/tonitrum/fulgur/ventū/pluuiam/niuē/menstruositates/infirmitates ⁊ huiusmodi. Et hoc facit/quia inferiora recipiunt suas mobilitates ⁊ influentias cū quibus est efficiens. ¶ Per primā speciē regule d. queritur/de quo celū est? Respondēdū est ꝙ est de seipso/eo quia non est de aliqua materia sibi preiacente a qua sit deriuatuꝫ. Et quia est primitiue de seipso propter suaꝫ primitiuitatē/est incorruptibile: ⁊ p seipm in sua motiuitate est permanēs. ¶ Per secundam speciem queritur/celum de quo est? Et respondendum est ꝙ est de partibus suis sibi coessentialibus: sicut de sua innata bōitate/magnitudine ⁊c.

Et hoc significatum est per secundam speciem regule d. ¶ Per tertiam specieꝫ queritur/celum cuius est? Respondēdū est ꝙ est dei: sicut effectus est cause: et qꝛ est possessuꝫ a deo/causat in inferioribꝰ effectus sicut deus vult. ¶ Per primam speciem regule e. queritur/quare est celum? Et respondendum est ꝙ celuꝫ est: quia est constitutū ex partibus suis coessentialibus sicut sunt sua innata bonitas/magnitudo ⁊c. excepta contrarietate/que non est sibi coessentialis: quia si esset/corruptibile esset. Est etiam quia in ipso sua materia ⁊ sua forma celestes in ipso sunt coniuncte/cum quibus ē necessitatum: sicut homo/quando aīa ⁊ corpus in ipso coniunguntur. ¶ Per secundam speciem queritur quare est celuꝫ? Et respondendum est ratiōe finis/ꝙ celū ē vt sit causato causans motiuitates inferiores/cum quibus homo sit dispositus ad essendum ⁊ seruiendū deo. ¶ Per primam speciem regule f. queritur/de quantitate celi? Et respondendum ē ꝙ celum habet quantitatem continuam/et discretam continuam circulariter: vt in ipso figuratum est/discreta: sicut per octauam spheram que concaua est: ⁊ sic de sphera Saturni ⁊c. ¶ Per regulaꝫ g. queritur/quale est celum? Et respondēdum est ꝙ est quale per qualitates primas ⁊ appropriatas ꝓprie sunt sicut sua innata bonitas/magnitudo ⁊c. situs motus ⁊ sue figure: ⁊ sic de sua quantitate appropriate sunt: sicut caliditas ⁊ siccitas/frigiditas ⁊ humiditas/masculitas ⁊ femininitas/⁊ huiusmodi. Et dicit ꝙ sue appropriate qualitates sunt ī eo qꝛ cum ipsis agit in inferioribus: sicut sol q̄ dicitur calidus/et siccus/eo quia calefacit ⁊ desiccat. ¶ Per regulam h. queritur/de tempore celi? et respondendum est ꝙ essentia octaue sphere est in illo/nūc in quo causata fuit: sicut circulus qui sine successione existit quo ad suam essentiā. Sed ratione sui motus causat tempus in inferioribus: sicut in Saturno q̄ mouetur successiue de vno nunc/in aliud nunc. Et est vnus dies de octaua sphera vsqꝫ ad spheram ignis: sed sphera ignis vsqꝫ ad terram/sunt plures dies/⁊ plures noctes/ratione presentie ⁊ absentie solis: ita ꝙ sol est causa quare sunt plures dies/⁊ plures noctes/⁊ hore/⁊ cetera. ¶ Per regulam i. queritur de loco celi? Et respondendum est ꝙ octaua sphera est in illo loco in quo creata fuit quo ad suam essentiam: ⁊ sic de Saturno ⁊c. Sed ratione motus ⁊ plurium circula-

tionum de octauā sphera vsq ad spheram ignis/respectu rectitudinis/est in pluribus locis: sicut Saturnꝰ qui in vno tempore est in actus cum ariete: ꝛ i alio tempore cum tauro. Et sic de sole q̄ vno tempore est in vno loco celi: ꝛ in alio tēpore in alio: ꝛ in vno loco causat dies artificialiter: ꝛ i alio causat noctes. ❡ Per primam speciē regule R. queritꝰ/quid est celum? Et respondendum est ꝙ celum ē modale per particulares modalitates que sunt de sua essentia/q̄ sunt sue partes innate: sicut bonitas/magnitudo ꝛc. Et sic de suo habitu/situ ꝛ huiusmodi. ❡ Per secundam regulā R. queritur/cū quo est celum? Respondendum est ꝙ est cum suis partibus naturalibus cū quibus est compositum: sicut sunt sua bonitas/magnitudo ꝛc. cum quibus causat circularitates/ꝛ mobiles bonitates/magnitudines ꝛ cetera.

De quarto subiecto quod ē de hoie per principia discurso.

De quarto subiecto qd̄ est de hoie p principia discurso.



In homine sua bonitas est ei ratio ꝙ agat bonū specificū. homo quidē id qd̄ agit p suam speciem/agit naturaliter/siue moraliter. In homine bonitas spiritualis ꝛ corporalis cōiungūtur ratione sue anime ꝛ corporis. Et ideo ista duplicitate rationū habet naturā siue rationē agēdi bonum/obiectando/intelligēdo/amādo/atq recolendo: corpaliter autē/sicut generādo hominē/ꝛ sentiēdo/ꝛ imaginando: et ab ambobus exeunt bone operationes: vt apparet in artibus liberalibus ꝛ mechanicis. ❡ In hoie sua magnitudo ē duplex/sicut sua bonitas. Et ideo quando homo agit bonū/cum magnitudine agit ipsū magnum. Sicut cū bonitate agit ipsum bonum. ❡ In homine est duratio: ꝛ ipsa est ratio sue bonitatis ꝛ magnitudinis: ꝛ sic de alijs ꝙ durent: et hoc dupliciter/sicut superius dictū est: moraliter vero ꝛ ad placitum. ❡ In homine sua potestas est duplex/sicut de bonitate dictum est. Et est id cuius ratione potest existere ꝛ agere. Inde igitur patesit ꝙ potest existere ꝛ agere per suam speciem. ❡ Et in isto passu cognoscit intellectus p quem modum habet specificam libertatē ad agendum. ❡ In homine suus intellectꝰ est specificatus cū quo specialiter intelligit: non ꝙ suus intellectus descendit ab alio intellectu/generando ipsum: neq est idem cum cū alio intellectu essentialiter: alioquin esset genitus: et etiā post mortē hominis esset annihilatus siue corruptus: ꝛ i tempore/loco/quātitate/superficie ꝛ diuisione/successione/motu assituatus/figuratus/punctuatus et lineatus: quod est impossibile. Nam hec omnia sunt de natura corporeitatis siue corporis. ❡ Et in isto passu cognoscit intellectus ꝙ male ꝛ false dixerunt illi qui cogitauerūt ꝛ affirmauerūt ꝙ i omnibus hominibus non erat nisi vnus intellectus. ❡ Adhuc cognoscit intellectus noster p hoc quod dictum est/ꝙ instinctus naturalis corporis humani coniungitur cū intellectu hominis: sicut de bonitate dictum est. ❡ Intellectus hʒ modum per quē faciat speciē intelligibilē per sensitiuā ꝛ imaginatiuā in suo proprio intelligibili: de quibus speciebꝰ intelligibilibus facit scientiā. ❡ In homine sua volūtas est potentia specifica ei cum q̄ agit speciales amabilitates: nō quidē ista volūtas descendet ab alia voluntate generali. nam aliter esset generabilis et corruptibilis sua essentia: sicut dictum ē de intellectu: ꝛ esset destructa sua libertas/ex eo quia esset necessitata ad volendum per suū generale principium: sicut corpus qd̄ habet appetitū necessitatum per hoc qd̄ est superius. sicut qn̄ appetit cibum/potū aut coitū/aut calidū: quando sentit magnam frigiditatem: et sic de alijs. ❡ Adhuc si oēs haberēt vnā voluntatē: iā omnes hoies se haberent ad inuicem ad idem obiectum/et etiā mortuo homine/mortua esset anima rationalis. Et sic iam non esset alia vita: neq iusticia ꝛ misericordia dei haberent subiectum in quo agerent: qd̄ est impossibile ꝛ valde absurdum differentie. ❡ Amplius appetitus corporis ꝛ voluntatis coniunguntur: sicut de bonitate dictum est/ratione cuius voluntas facit species p sensitiuum ꝛ imaginatiuum volendo/sicut intellectus intelligendo: ꝛ sic de memoria que est pars anime potest dici suo modo. ❡ In homine virtus corporalis ꝛ spiritualis coniunguntur: et quia virtꝰ spiritualis est superius: ideo format et perficit virtutem inferiorem. ❡ Et i isto passu cognoscit intellectus per quē modum morales virtutes oriuntur a virtute spirituali ꝛ corporali/sicut a forma et materia: de quibus virtutibus erimus locuti in nono subiecto. ❡ In hoie est veritas spiritualis ꝛ corporalis: et qz veritas spiritualis est superior: ideo perficit inferiorē. Unde cognoscit intellectus ꝙ

sicut sensus nature sentit per visum et auditum/ et sic de alijs: sic anima vere rerū essentias attingit/intelligendo/amādo et recolendo. Nam aliter inferius ageret plus cum sua virtute/ quam superius cū sua: quod est absurdum rationi intellectus. Et in isto passu gaudet multū intellectus. ¶ In homine coniunguntur naturalis gloria /spiritualis et corporalis: id est coniunguntur naturales delectationes spiritualiter et corporaliter. Unde sequitur quod aīa habet delectationem in agendo in corpore: et corpus sub ipsa ī patiendo: et homo cum istis predictis. ¶ Et corpus sub ipsa in patiendo: et homo cum istis predictis. Et hic cognoscit intellectus per quem modum homo habet delectationē in motibus. ¶ In homine/differentie spirituales et corporales coniunguntur: ratione cuius intellectus p vnū modum intelligit cum visu: et per alium cum auditu: et sic de alijs: similiter et corpus per vnum modū patitur sub intellectu: et per alium sub voluntate: et p aliū sub memoria: et sic per predicta cognoscit intellectus per quem modum facit ipsemet scientiam discurrendo/ et voluntas amationem/ et memoria memorationem. ¶ In homine/anima et corpus conueniunt inter se/cōponendo ipsum/anima remanente in sua essentia/ et corpore in sua similiter: et in isto passu cognoscit intellectus per quem modum anima et corpus conueniunt/obiectando idē obiectum corpus in videndo/audiēdo/ et huiusmodi: anima intelligēdo/amādo et recolendo. ¶ Corpus hominis est compositum ex quattuor elementis. Anima aūt non est ex contrarijs: quia incorruptibilis est: et quia in hoīe coniungunt anima et corpus: idcirco patitur homo contrarietates rectas et naturales ex parte corporis: ex parte vero anime obliquas et accidentales: et in isto passu cognoscit intellectus quod omne peccatū est per accidens. ¶ Quoniā in homine/anima et corpus coniunguntur: idcirco homo est efficiens/mouendo formam in materia propter finem: videlicet mouet animam in corpore: et in isto passu cognoscit intellectus per quem modū homo est principiū efficiens/materiale/formale/ et finale. et in homine coniunguntur anima et corpus in quo actu significat cōiunctio/quod est mediū influxū ab aīa et corpe. Et istud medium est cōnaturale/ et substātiale/intelligere/velle/recolere/elementare/vegetare/sentire/imaginari: sine quibus homo nō esset coniunctus substantialiter. Et tādiu viuit homo/quādiu ista materialis cōiunctio durat in eo: quando autem dissoluitur/ illico moritur homo. ¶ Et in isto passu cognoscit intellectus per quem modum anima et corpus coniunguntur: et mensurant suos actus secundum modū dispensando et proportionādo anima influente suam virtutem: et corpore refluēte suā/homine existēte medio in tertium numerum deducto. ¶ Et in isto passu cognoscit intellectus per quē modū in homine est humidum radicale et nutrimentale. Radicale est ex principijs primitiuis et punctis/ et lineis cū quibus anima est cōiuncta. Et humidum nutrimentale est suum instrumentum: sicut naueta textoris in textura in qua inducuntur puncti linee per motū elementatiue/vegetatiue/sensitiue et imaginatiue/influēdo/ et refluendo: et humidum radicale viuet: et seipsum augmentet de hoc quod venit extra/sic in suam speciem conuertendo per vegetatiuā. Sicut vegetatiua transsubstantiat cibum in carnem/neruos/ et ossa/ et potum ī sanguinem/ et cibū et potum transsubstantiat in medullam/ et etiā in colerā/phlegma/ et melācoliā/ et cerebrū: et aquā oculorum/ et in sputum/ et etiam in sudorem transmutat. ¶ In homine coniunguntur finis spiritualis et finis corporalis naturaliter: rōne quorum homo se habet ad fines supradictos ad spiritualem finem cum anima/et ad corporalem cum corpore. Et ab anima quidem et corpore oriuntur siue egrediuntur fines morales/cum quibus anima et corpus inueniunt delectationes cū quibus quiescunt. ¶ In homine anima est maior imago substantialis. Sed corpus est minor imago quam imago anime. Iterū in corpore imaginatio est maior imago quam sensitiua/eo quia obiectat: et etiā magis mouet ipsam sensitiuam secundarie: et sensitiua est maior imago quam vegetatiua: nā super ea inserta et fundata est. Et deinceps vegetatiua est maior quam elemētatiua/vegetatiua namque super elementatiua fundatur. Et idō in isto passu cognoscit intellectus quod sicut potentie substantiales sunt maiores et minores et similiter accidentales in homine: anima et corpus non sunt equales/anima enim habet principia superiora: sed corpus inferiora: verumtamen coniunguntur: anima quidem est tota in corpore: et ecōuerso: vt homo equaliter sit coniunctus et compositus: Quoniam homo est ex nihilo deductus respectu creationis: ideo est in minoritate inductus/

cum quã se habet ad res minores. Et qz in ipso homine anima & corpus coniungũtur: idcirco homo mouet se cũ anima ad minores mores/& cũ corpore ad minora naturalia cuz quib⁹ cõponit moralitates. ¶ Et in isto passu cognoscit intellectus per quem modũ aia habet inclinationẽ ad peccatũ/qd intantũ est prauum qp nullam essentiã habet: sz est habitus priuatiuus/deuiãs suũ subiectum a fine ad quẽ debet esse. ¶ Et in isto passu cognoscit intellectus qd est pctm: & p quez modum augetur: & q̃ sunt sua principia.

De homine per regulas deducto.

Deductio ois p regulas.

Per regulã b. queritur: vtrũ homo sit magis cognoscibilis per affirmationẽ q̃ per negationez? & respondendũ est qp sicnã pdicari predicatum de subiecto affirmando est diffinire subiectũ de quo pdicatũ predicatur/existente natura inter subiectũ et predicatũ: vt cũ dicitur/homo ẽ aial rationale. Quãdo aũt predicatũ predicatur de homine negatiue/nulla quidẽ certitudo siue noticia de homine habetur: vt cũ dicitur/homo nõ est lapis: homo nõ est planta. Affirmatio enim vera ponit ea q̃ sunt in subiecto: negatio aũt vera semper remouet a subiecto. Falsa quidem similiter habet moduz remouendi a subiecto. ¶ Adhuc quoniã affirmatio precedit ad negationẽ/sicut antecedẽs precedit ad suum consequens: quare patet qd magis est homo cognoscibilis per affirmationẽ q̃ per negationẽ. Hominẽ esse & ignorare quid est homo/est negligere hominis esse. ¶ Et ideo vt sciamus quid est homo & de ipso magnã noticiã habeam⁹/diffiniem⁹ ipm p. xxx. diffinitiones largo modo sumptas/q̃uis p vnaz diffinitionem stricto modo sumptã possit diffiniri. Sz hominẽ isto modo diffinimus: vt ipsum clarius cognoscam⁹ in nro intellectu. Et iste diffinitiones erũt abstracte a. xviij. principijs huius artis. & a. x. predicamẽtis/predicando de substantia tale predicatum qd conueniat cum subiecto in natura. ¶ Et primo per primã speciem regule c. queritur: quid est homo? & respõdendum est/qp est animal de quo predicantur plures bonitates differentes specie q̃ de aliquo alio animali. ¶ Homo ẽ animal/in quo vna eius pars est incorruptibilis. ¶ Homo est animal in q̃ sunt plures potestates q̃ in aliquo alio animali. ¶ Homo est animal qd cũ suo organo species intelligibiles facit. ¶ Homo est animal qd vtitur virtutibus aut vitijs. ¶ Homo est animal qd vere vtitur artibus liberalibus & mechanicis. ¶ Homo est animal in quo sunt plures delectationes q̃ in aliquo alio aiali. ¶ Homo est animal in quo sunt plures differẽtie q̃ in alio. ¶ Homo est animal in quo sunt plures cõcordantie q̃ in alio. ¶ Homo est animal in quo sunt plures ɔtrarietates q̃ in alio. ¶ Homo est aial in q̃ natura plus vtitur principio q̃ in alio. ¶ Homo est animal cũ quo oia corporalia seruiunt deo. ¶ Homo est animal qd se habet ad maiorem finem q̃ aliquod aliud animal. ¶ Homo est animal habens maiorem speciez q̃ aliud animal. ¶ Homo est animal habẽs plures equalitates q̃ aliud animal. ¶ Homo est animal qd magis potest se minorificare q̃ aliud aial. ¶ Homo est substãtia q̃ est ex pluribus rebus cõposita q̃ alia. ¶ Homo est substãtia in qua sunt plures quãtitates differẽtes specie q̃ in alia. ¶ Homo est substantia subsistẽs qualitatib⁹ corporalibus & spiritualib⁹. ¶ Homo est substantia subsistens plurib⁹ relationibus q̃ alia. ¶ Homo est substantia subsistens actionibus corporalib⁹ & spiritualibus. ¶ Homo est substantia subsistens passionibus corporalibus & spiritualib⁹. ¶ Homo est substantia virtutib⁹ aut vitijs habituata. ¶ Homo est substãtia existens in situ recto dum vadit aut sedet. ¶ Homo est substantia habẽs aliquem partem in se sine fine successione & tpe. ¶ Homo est substantia in qua aia & corpus collocantur ad inuicẽ. ¶ Homo est ens multiplicans humanã speciẽ. ¶ Per secundam speciẽ regule c. queritur: quid habet homo in se coessentiale? & respõdendum est qp homo hz substantiã & accidẽs sine quibus esse non põt. Adhuc hz in se correlatiuos suoz principioz/& hz in se habitus quos acquisiuit accidentaliter. ¶ Per tertiã speciẽ queritur: quid est homo in alio? & dicẽdũ est qp homo est in femina hominificãs/femina aũt ẽ i semine nutricãs ipm mouẽs/& multiplicãs de h qd euenit ei ab extra per nutrimentum. ¶ Uidi quoddam ouuz positũ sub gallina/& testa ipsius oui deficiebat in vna parte ipsius/ad quãtitatẽ vnius denarij: & i medio pellicole intranee/erat vna gutta sanguinis ad q̃titatẽ vni⁹ grani milij/a qua gutta procedebãt linee rubee & graciles ad modum capillorum: et erant assituate ad modum tele aranee.

ruz/⁊ illa gutta movebat seipsaz:et etiã illam telam:sicut facit aranea existẽs in medio sue tele. Adhuc hõ est ĩ habitu habituatus/⁊ in situ assituat⁹. ¶ Per quartam speciez querit̃:quid habet homo in alio? Et respondendũ est/ꝙ habet in habitu scientiam/⁊ in situ figurã/⁊ in tempore motũ/⁊ in loco collocationẽ. ¶ Per primã speciem regule d.queritur:homo de quo est? et respondenduz est/ꝙ est de suis primis parentibus quo ad corpus. sed quo ad animã nequaq̃:sicut su⁹ intellectus qui nõ descẽdit ab alio intellectu:vt superius iam ꝓbatum est. ¶ Per secundã speciẽ querit̃:homo de quo est? ⁊ respondendũ est/ꝙ est de sua anima ⁊ de suo corpore:⁊ sua aĩa est de suis principijs spiritualibus/⁊ suũ corpus de suis principijs corporalibus. ¶ Per tertiam speciem querit̃:homo cuius est? ⁊ respõdendũ est/ꝙ est dei:⁊ vnus homo est alterius sicut seruus sui dñi:⁊ homo peccator est mũdi/carnis/⁊ diaboli. ¶ Per primam speciẽ regule e.querit̃:homo quare est? ⁊ respondẽdũ est/ꝙ ẽ eo q: de sua anima ⁊ corpore coniunctus est:eo quia ipsa ꝯiunctio necessitat ipm esse. ¶ Per secundã speciem queritur quare est homo? ⁊ respõdẽdũ est/ꝙ est vt intelligat/recolat ⁊ diligat deũ:⁊ ꝙ ab eo beatitudinez sempiternã recipiat. Adhuc vt sit mediũ cũ quo/⁊ p qđ omnia creata corporalia seruiẽtia homini/seruiant deo. adhuc vt homo multiplicet suam speciem. ¶ Per primã speciem regule f.queritur: homo quantus est? huic dicenduz est/ꝙ homo tant⁹ est quãta est sua substantia continua/per quãtitatem continuã quãtam. ¶ Per secundã speciem querit̃:homo quantus est? ⁊ huic respondendũ est ꝙ tantus est/quantus est per suas partes discretas. Adhuc querit̃ quãtus est bonus aut malus ⁊c. ⁊ respondenduz est ꝙ tantus est/quãtus est suus habit⁹ sue bonitatis aut malicie. ¶ Per primã speciem regule g.querit̃:homo qualis est? ⁊ respondendum est/ꝙ est talis quales sunt sue proprie qualitates/sine quibus esse nõ potest:sicut est sua risibilitas/figura ⁊ hmõi. ¶ Per secundam speciem querit̃:qualis est homo? Et huic respondendum est/ꝙ est bonus/aut magnanimus ⁊c. ¶ Per regulam h.queritur:homo quando est? ⁊ est respondendum/ꝙ est tunc quando deus creat in corpore animam rationalem/que deducet corp⁹ in speciem humanã. Adhuc est tũc quãdo est in presenti nunc/non autem preterito ⁊ futuro/⁊ cũ tali nunc presenti deducto per regulam c.d.k. homo est cognoscibilis siue cognoscendus. Et istum discursuz dimittimus homini subtiliter intuẽti causa breuitatis. ¶ Per regulaz i.queritur:homo vbi est? ⁊ est respondẽdum ꝙ est in sua humanitate. Nam extra ipsam nequaq̃ esse potest. Adhuc homo est in loco vbi est contentus ⁊ collocatus/⁊ hoc per regulam c.d.k. significatum est. ¶ Per regulam k. queritur de homine quomodo ipse est: ⁊ quomodo transmittit suam similitudinem extra se. ¶ Ad primum respondendum est ꝙ ipse est per illum modum per quẽ sue partes habẽt modum coniungendi/⁊ ponendi ipsum. ¶ Ad secundum est dicendum/videlicet ꝙ habet modũ transmittendi suam similitudinem/extra generando ⁊ litteras figuras a mente abstrahendo/cum motu manus ⁊ penne ⁊ huiusmodi. ¶ Per secundam speciez k. queritur:homo cum quo est? ⁊ est dicendum/ꝙ est cum primis parentibus ⁊ cũ suis coessentialib⁹ principijs/⁊ etiã accidentibus sine quibus esse nõ potest:et est cum sua iusticia iustus:⁊ cum sua manu est scribẽs. ⁊ hmõi. ¶ Ulterius q̃ritur vtrum intellectus humanus sit de memoria ⁊ volũtate cũ quo est vniuersalis ⁊ particularis? ⁊ est dicendum/ꝙ est vniuersalis cum principijs vniuersalib⁹ anime:sicut cuz spirituali bonitate/magnitudine ⁊c. Adhuc est vniuersalis p suos correlatiuos naturales per secundã speciem. k. designatos. Particularis autez est cum particularitate obiectorũ/⁊ tũc est practicus/faciẽdo vnam speciẽ intelligibilem/⁊ deinde aliam successiue.

De quinto subiecto quod est de imaginatione.

De quinto subiecto qđ est de imaginatione.



Imaginatio est potentia cũ qua animal imaginatur in suo imaginabili intrinseco imaginabile peregrinuz siue similitudinem/aut similitudines eorũ que fuerunt ꝑsentata sensui aut similia illis. ¶ Imaginatio est bona:bonum eñ effectũ deducit:quia si non esset imaginatio/iã nõ esset scientia de rebus preteritis. Neq̃ animal sciret reuerti ad fontem:⁊ sic de alijs. ¶ Imaginatio habet magnitudinem cum qua magnificat sua alia principia. Et istud apparet in hoc quia imaginatur ad placitum. ¶ Imaginatio est durabilis:nam sua obiecta durant/dum

ab imaginatione obiectant. Nam sicut durāt in aīali rationali obiecta spiritualia per memoriā extra imaginationem: sicut durant obiecta sensibilia p imaginationē extra sensuz in brutis. Et in isto passu cognoscit intellectus q sicut anima rationalis perficit potentias inferiores/sic imaginatiua in brutis perficit potentias inferiores. ¶ Imaginatio habet posse in sensitiua: potentia quidem imaginationis descendit ad posse inferi⁹/vt cum ipso possit agere in seipsa: sicut humidū radicale descendit ad humidū nutrimētale: vt cū illo viuere possit. ¶ Imaginatio habet instinctū naturalē: vt patet in brutis/que quidem per imaginationem habēt industriam ad viuenduz/ et ad malum euadendum: sicut capra ad lupum. ¶ Imaginatio habet appetitum cum quo appetit imaginatuz. Et in isto passu cognoscit intellect⁹ q imaginatio habet instrumentum/vt suū actum exercere possit et obiectū attingere. ¶ Imaginatio habet virtutem cū qua attrahit species a sensibilib⁹/ponēdo in suo imaginabili/in quo illas caracterizat et imaginatur illas. ¶ Ueritas est instrumētuz imaginationis: vt cū ipsa vere attingere possit obiectū/verūtamen quandoqz deficit: sicut agēs qui deficit in agibili/deficiente instrumento: aut qz nescit operari cuz illo. ¶ Imaginatio causat delectationem aut tristiciaz/in subiecto in quo est. ¶ Imaginatio habet differentiā/cuz qua et per quaz diuersimode agit in obiecto: sicut speculum qd per suā differentiam diuersas imaginationes recipit. ¶ Imaginatio cōcordat obiectū cū subiecto in quo est: sicut mater que imaginatur filium suū/gaudendo cū filij imagine siue similitudine ipsius acquisita cū sua imaginatione. ¶ Imaginatio cuz contrarietate ꝯtradicit siue resistit subiecto in quo est/obiectando obiectū odibile siue inappetibile: sicut est mr imaginans filium suum mortuū cū tristicia. ¶ Imaginatio est principium efficiens/nihil extra se transmittens et de sensitiuis materiam faciens/abstrahendo ab ipsis species sensibiles cū sua forma: videlicet cum suo imaginatiuo qui est forma illius: vt ratione illi⁹ in obiecta quiescere possit. ¶ Imaginatio est mediū in homine/existens inter potentiam sensitiuam et intellectiuam/vt intellectus in imaginatione possit acqrere species sensibiles et imaginabiles. ¶ Et in isto passu cognoscit intellectus q species quas acquirit de sensitiuis/q deinde ab imaginatione illas haurit siue abstrahit/extra sensum/aut absqz sensu. ¶ Imaginatio ꝟo nō est medium in bruto: sz est sua suprema extremitas siue forma/cū qua sua vita est habituata atqz cōpleta: sicut est anima rationalis i corpore humano. Imaginatio habet naturam/cū qua qeescit in suo fine/qui est obiectum imaginatum/alioquin suum imaginari nō eēt ei actus ꝓpri⁹. ¶ Imaginatio habet maioritatem: nā maior est sua bonitas substantialis ꝙ accidētalis: et maior est su⁹ actus intrinsec⁹ ꝙ extrinsec⁹. ¶ Adhuc habet maioritatem in obiectādo leonez respectu capre: et habet maioritatem in obiectando magnū hominē/aut maiorē illo aut maximū illorum. ¶ Imaginatio habet equalitatē in suis correlatiuis/p secūdā speciem regule c. designatis: nisi enim essent equales per essentiam/iam equaliter nō se possent habere ad obiectum: quod est impossibile. ¶ Imaginatio ratione minoritatis est ad quā minoritatem tendit/quando obiectat minimum obiectum.

De imaginatione per regulas deducta.



Ueritur vtrum imaginatio sit de natura corporis? Et respondendū est q sic. Naz imaginatio nō pōt obiectare obiectum denudatū a cōditionibus sensitiuis: videlicet a linea/figura/punctis et huiusmodi. *Deductio imaginationis per regulas.* ¶ Per primā speciez regule c. queritur: quid est imaginatio? et respondendū est/ q sua diffinitio iam data est in ꝑncipio istius subiecti: sz qz imaginatio est difficile obiectū intellectui: idcirco volumus diffinire eam per decē diffinitiones/largo modo sumptas: vt a nostro intellectu clari⁹ cognoscat/et erūt abstracte a. x. predicamentis. Et primo sic est dicendum. ¶ Imaginatio est pars substātie animate/cum qua ipsa substātia imaginatur. ¶ Imaginatio est potentia cū qua aīal imaginat quale/cū qualitate: et quantū cum quātitate: et quō qualitas et ꝙtitas cōiungit/aīal tūc ipsis imaginat ꝙtum quale adinuicem/sicut lignum longū et viride. ¶ Imaginatio est potentia cum qua animal imaginat quantuz/cū quātitate. ¶ Imaginatio est potētia cū qua aīal p correlatiōes imaginatiōis/attingit obiectū imaginatū/i imaginabili in-

trinseco. ¶ Imaginatio ē actiua p imaginatiuā existētē sub rōne forme mote ab animali vt obiectum sit motum in imaginabili intrinseco ipsius imaginatiōis. ¶ Imaginatio est passibilis in suo imaginabili tāq̄ in materia/vt in ipso imaginabili sit obiectū caracterizatū z imaginatū. ¶ Imaginatiua est habitus animalis cum quo facit species imaginabiles. ¶ Imaginatio est potentia situata in medio cuiusdam pellicule teste capitis animalis/in qua apparent imaginationes obiectorum suo imaginatiuo/sicut apparent imaginationes oculis in speculo. ¶ Imaginatio est potētia in tēpore per subiectum in quo est/sine quo non potest esse neq̄ obiecto vti. ¶ Imaginatio est potentia existens in loco ad imaginādum obiectū in illo loco. ¶ Diffiniuimus imaginationem per decē predicamenta: z sicut diffiniuimus eā per illa/ita possunt diffiniri alie potētie corporee per eadem suo modo. ¶ Per secūdam speciē regule c. queritur/imaginatio quid habet in se? Et respondendum est q̄ ipsa habet suos correlatiuos sine quibus non potest esse: videlicet imaginatiuū/imaginabile z imaginari. ¶ Per tertiam speciem queritur/imaginatio/quid est in alio? Ad quod est dicendum quod in homine est dispositio cum q̄ intellectus se disponit ad obiectandū inferiora: et sensus se disponit ad sentiendum cum ipsa imaginatione/z in bruto ipsa imaginatio ē forma z cōplemētū illius. ¶ Per quartam speciem queritur/quid habet in alio? Et respondendum ē q̄ habet obiectum in subiecto in quo ē: et habet intentionem in sensatis: vt de eis abstrahat species cū suo lumine: videlicet cum suo imaginatiuo: imaginatiuus vero est inuestigatiuus specierū/et etiam positiuus/z clarificatiuus ī suo proprio imaginabili sibi coessentiali: sicut cristallus qui cū sua diafaneitate colorat se de colore supra quem ponitur: z etiam sicut speculum quod se habituat de speculatis presentatis ei. ¶ Per p̄mā speciem d. queritur/imaginatio de quo est? Et respondendum est q̄ est de seipsa eo quia species specificata est. ¶ Per secundam speciem queritur/imaginatio de quo est? Et respondendū est q̄ est de sua materia z forma/vt cū ipsis sit actiua et passiua in subiecto in q̄ est. ¶ Per tertiam speciem queritur/imaginatio cui est subdita? Et est dicendum q̄ homini/et etiam anime ipsius hominis. In bruto autem est subdita ei/sicut ps suo toti. ¶ Per primam speciem regule e. queritur/imaginatio quare est? et est respondendum q̄ est de suis partib⁹ cōstituta: videlicet imaginatiuo/imaginabili et imaginari. ¶ Per secundam speciem queritur/quare est? Et est dicēdū vt animal possit obiectare suū obiectū/imaginando in absentia sensus: et ipse sensus cum ipsa imaginatione disponit z proportionat se ad sentiendum sensibilia/existente presentia sensus: sicut carpentarius qui imaginatur figuram arche vt ipsam deducat de potētia in actū. Et sicut auis disponens se ad volandū quando ei necesse est. ¶ Per primā speciem regule f. queritur/imaginatio q̄ta est? Et est respondendū q̄ est tanta q̄ta est sua essentia extēsa ī suis correlatiuis: vel quātus est suus habitus subiecti in q̄ est: sicut cappa que est tanta/quātus est habitus cappati. ¶ Per secundam speciem queritur/imaginatio quanta est? z est dicendum q̄ est tanta quot sunt sua correlatiua discreta. Sed hic miratur intellectus que est causa quare imaginatio crescit aut decrescit suum actum: sicut quando homo imaginatur vnum paruum lapidem: z imaginatur eundē ita magnum sicut montem: deinde reflectit se supra se/considerando q̄ in brutis imaginatio imaginatur obiectum/illo modo quo sensus sentit siue apprehendit ipsum obiectum/z non aliter/sicut capra que imaginatur lupū: sicut sensus suus sentit siue apprehendit illum: non autem q̄ possit imaginari ipsū ita magnū sicut montem: quia si sic posset crescere suum imaginari/iam faceret scientiam: quod est impossibile. Sed q̄ imaginatio est subdita intellectui: z intellectus est altior potentia q̄ illa: ideo intellectus vtitur ea super sensu/inantum q̄ facit illam imaginari vnum lupum ita magnum sicut vnum montem. Et isto passu cognoscit intellectus p quē modū geometria mensurat celum z altitudines illius. Et etiam arithmetica p quem modum numerat vnitates infinitas cum geometria/diuidendo vnā partē in duas/et deinceps in infinitas partes. Et etiam cognoscit per quem modum logicus vtitur secundarijs intentionibus adiunctis primis. ¶ Adhuc cognoscit q̄ aliquid est in intellectu quod nunq̄ fuit in sensu: lupus enim magn⁹ sicut mons/nunq̄ fuit in sensu. Et cū intellectus hec omnia cognouerit/deinde intelligit q̄ totaliter proculdubio ipse est alia essentia remota ab alijs

essentijs corporeis ꝛ ab ipsarū conditionibus. Et de hoc ꝙplurimum gaudet quia ipse intelligit se immortalē ꝛ incorruptibilem. ¶ Per primā speciē regule g. queritur / imaginatio cui est proprietas? Et quid est propriū ipi imaginationi. ¶ Ad primū est respondendū ꝙ imaginatio ē ꝓprietas animali cuiꝰ ē. ¶ Ad secundū est dicendū ꝙ ꝓpriū ipsiꝰ imaginatiōis est obiectare similitudinē sensus in absentia ipsius sensus: sed de hoc miratur intellectus cū imaginatio non habeat scilicet auditū / oculos ꝛc. quomō pōt attingere similitudines sensus quos recordatur attractionē adamātis attrahentis ferruz per suā speciē: ꝛ reubarbarum attrahēiē colerā similiter per suā: sic animal attrahit species seu similitudines per suā speciē mediāte imaginatione in absentia sensus. ¶ Per secūdā speciē querit / que est appropriata qualitas ipsius imaginatiōis? Et est dicendū ꝙ similitudo sensati abstracta ab ipso ꝛ deducta in imaginationē: sicut ē color colorati / ꝛ quātitas quātificati / ꝛ sonus cāpane / ꝛ frigiditas aque ꝛc. cum quibꝰ imaginatio obiectat obiectū imaginando. ¶ Per omnes species regule h. queritur / imaginatio quando est? Et est dicendū ꝙ est in illo tēpore in quo animal est: q2 animal sit / absqꝫ imaginatiōe esse non potest: sicut absqꝫ sensitiua esse non potest. modum autem per quē imaginatio est discurribilis per species h. dimittimus bene intuēti illas causa breuitatis. ¶ Per regulaz i. querit / imaginatio vbi imaginatur suū obiectū? Ad quod respondendum est ꝙ in sua essentia: videlicet in suo imaginabili intrinseco ꝛ substantiali / extra qd ꝛ sine quo nullū imaginabile imaginari pōt: nam sicut calidus non potest esse calidus nisi in caliditate: sic obiectum imaginatum nō potest esse imaginatū / nisi in predicto imaginabili intrinseco ꝛ ꝯsubstantiali ipsiꝰ imaginationis / quod est vniuersale subiectum ad omnia imaginabilia. ¶ De discursu autem imaginationis deducte per omnes species i. hic non tractamꝰ: sed dimittimus ipsum discursum bene intuenti: sicut supradictum est in regula h. ¶ Per primam regulam k. queritur / imaginatio quomodo obiectat suū obiectum. Sed intellectus prima fronte impeditus est ad respondendum / eo quia ille modus non est sensibilis vsqꝫquo recordatus est quattuor species regule k. cum quibus intendit solutionem dicte questionis. Nam in animali / sensitiua ꝛ imaginatio sunt partes cōposite ad inuicez / habentes vnum organū compositū / vna existente in alia: rōne cuius imaginatio abstrahit a sensatis similitudines mediāte sensitiua cum quibꝰ obiectat obiectum suū: sicut ignis mixtꝰ cuz aqua / attrahit similitudines ab illa cuz quibus calefacit carnes: vt apparet per coituz quādo imaginatio imaginat modum per quem fit coitus. ¶ Per secūdā regulā k. queritur / imaginatio cuz quo imaginatur suū obiectū? Et respondendum est ꝙ cum organo in quo est: videlicet cū illa pellicula intranea existente i capite de qua superius locuti sumus: et attingit obiectū cū cōplexione predicte pellicule: videlicet cū melācolia. Nā posterior pars vltima ipsius pellicule est coagulata ratione frigiditatis que causat restrictionem sicut plumbū qd claudit partes existentes retro in speculo: vt dyaphaneitas non sit transparens in illā partem. Predicta autem pellicula a parte ante / videlicet versus frōtē / est porosa ratiōe siccitatis que est proprietas terre: ꝗ quidē est abstractiua ꝛ euacuatiua / in qua frōte homo cum intellectu inuenit species. Animalia autem bruta cū instinctu ꝗ speciebus presentatis cū intellectu aut instinctu ipsi faciei ꝑlibate pellicule. Qui videlicet intellectus ꝛ instinctus sunt ꝑsentationes specierū predicte faciei per suā speciez: sicut adamas est attrahens ferrum per suam speciem: et tunc ante dicta pellicula colorat ꝛ pingit ꝛ induit se de imaginibus per suam speciem: sicut facit speculum per suam. ¶ Adhuc imaginatio attingit obiectum cuz dispositione sensitiue: et etiam cum sua: ꝛ cuz proportione vtriusqꝫ: et cum appetitu ꝛ obiectione: ꝛ cum inuentione specierum et cum descensu ipsiusmet imaginationis ad sensatum mediante sensitiua. Et postmodum cum accessu recedēte a sensato ad ipsam imaginationem mediante sensitiua: et etiam cum nutrimento specierum: et sic de alijs que possent dici / cum quibus imaginatio attingit suū obiectum. Et in isto passu cognoscit intellectus ꝙ sicut ipse est v[illegible] occupatꝰ et oneratus per suum obiectū: sic ꝛ imaginatio per suum suo modo.

De sexto subiecto quod est de sensitiua per principia deducto.

De sexto subiecto qd est de sensitiua per principia deducto.



Sensitiua est potentia cum qua animal sentit: et etiã est sensatũ in quo animali sensitiua est sensus cõmunis: et hʒ sensus particulares. ¶ Sensitiua est potẽtia bona/eo quia causat cũ sua bonitate bonũ sentire: et quãdo additur magnitudo/bonum et magnũ sentire. ¶ Sensitiua est magna potẽtia/eo quia causat magnũ sentire: vt patet in coitu et tactu ferri calidi: aut in tactu aque bullientis. ¶ Sensitiua durat p durationẽ subiecti in quo est/cũ innata bonitate/magnitudine etc. ¶ Sensitiua per suã potestateʒ potest existere et agere. Et in isto passu cognoscit intellectus q alãl sentit per suã speciẽ: sicut adamas attrahit speciẽ per suã. ¶ Sensitiua hʒ instinctũ innatum: vt patet in homine habente timorem de serpente quem videt: et similiter capra de lupo: et sicut catulus nõ vidẽs quĩ hʒ instinctum et appetitũ et tactũ: et inuenit mamillã: et imaginatur illaʒ. Et isto passu cognoscit intellectus que sunt principia disponentia imaginationẽ ad imaginandũ. ¶ Sensitiua causat in animali appetitum ad sentiendum: vt mediante animali i quo est/possit suũ actũ exercere. ¶ Sensitiua habet virtutem sentiẽdi: vt patet in suis particularibus. nam sicut visus nõ potest videre sine aere illuminato: neq etiã potest videre/nisi sit de virtute innata habituatus/et in ipsa assituatus. ¶ Sensitiua vere sentit per veritatem: sicut manus tangens ferrũ calidũ/vere sentit calidum. Et in isto passu cognoscit intellectus q ipse vere intelligit obiectum suum. Nã aliter potẽtia sensitiua que est inferior q intellectus per suum actum/esset superius: et intellectus qui est potẽtia superior q sensitiuã/esset inferius: quod est impossibile: de quo impossibili valde est gauisus intellectus. ¶ Animal per sensitiuã habet delectationem sentiendi: vt patet quando videt pulchrã figuraʒ: et quando audit pulchrã cantilenaʒ: et huiusmodi. ¶ Sensitiua p differẽtiã hʒ sensus particulares mediãtibus organis cũ quibus obiecta differũt: sicut color qui est obiectũ visus/et sonus/auditus/et huiusmodi: sed miratur intellectus vtrũ iudiciũ obiecti fiat p sensum cõmunẽ aut particularẽ: donec recordat aquã fontis habẽtẽ multos riuulos/que est i se vna essentialiter/et in suis riuulis: sed vnum situʒ et vnã figurã habet in vno riuulo/et aliũ et aliam in alio riuulo: similiter sensus cõmunis vnum situ et vnã figuram hʒ in vno organo/et alium et aliã in altero organo. ¶ In sensitiua consistit concordãtia innata: cũ qua potentia/obiectum et actus vt plures concordant in vno: videlicet in sensitiua/que est essentia eorũ: quod patet per suos relatiuos per secũdã speciẽ c. significatos. Et in isto passu cognoscit intellectus per quẽ modũ sensus sentit sensatum cũ habitu peregrino ex quo sensatus est habituatus: sicut per videre coloratũ: et per odorare odoratum. In sensitiua est contrarietas p accidẽs: sicut in gustu amaritudo: et in tactu asperitas: et huiusmodi. ¶ Sed miratur intellectus quid causat cõtrarietatẽ in sensu/vsq quo recordatur sensitiuam esse cõpositã ex quattuor elemẽtis/ que quideʒ causant in elemẽtato cõtrarias qualitates habitus/situs/actiones/passiones: sicut quelibet plãta est agens p suã speciẽ/sicut pomũ per dulcedineʒ/et absinthiũ p amaritudinẽ. ¶ Iteʒ considerat intellectus q infirmitas sensus causat monstruositates: sicut hõ infirmus qui in cibo dulci inuenit amaritudinem per accidens. ¶ Sensitiua in principio assituata est efficiens/eo q causat cibũ per saporẽ et per coitũ/delectationem et dulcedinẽ: ipa quidẽ sensitiua est forma in animali quidẽ/que mouet eam i materia: vt materia sit disposita ad recipiẽdũ passiones/vt sequatur finis: videlicet sensatum: sicut coloratum/odoratum: et huiusmodi. ¶ Animal per sensitiuaʒ est sensatum: sicut coloratus est per colorẽ/odoratus p odorẽ. ¶ Sensus cõmunis ẽ mediũ: sensus aũt particulares sunt extremitates: sicut circũferentia centri est extremitas ipsius centri/et situs assituati/et habitus habituati. Et in isto passu cognoscit intellectus q sensus cõmunis est causa sensatorum inq̃tum sensata sunt/ipso sensu communi vtẽte suis particularibus sensibus tanq instrumẽtis: sicut pomũ qd est sensatum per sensum cõmunẽ vtentẽ gustu/odoratu/et visu/et tactu/et affatu: per quẽ nominatũ ẽ pomũ: et auditu per quẽ est auditũ. ¶ Iteʒ sensitiua est existens inter vegetatiuaʒ et imaginatiuaʒ: sicut linea inter duo pũcta. ¶ Imaginatiua quidem in sensitiua fundata est et sensitiua i vegetatiua: vt imaginatiua possit imaginari conditiones vegetatiue/mediante sensitiua. Et hoc patet per diffinitionem mediũ/et per eius scalam designatam in secunda figura. ¶ In sensitiua consistit finis innatus: ad queʒ finem se mouet videlicet.

ad sensatum cū suo instinctu ⁊ appetitu
⁊ sic de alijs pncipijs innatis. Sicut ho
mo qui cum pedibus suis ⁊ visu mouet
se ad locū in quo quiescere desiderat: et
in isto passu cognoscit intellectus ꝙ sen
sitiua cum suis principijs innatis agit.
¶ Una sensitiua est maior altera sensiti
ua: sed hoc est per accidēs. Nā sicut aliq̄
aqua alicuius fontis est maior in frigi=
ditate/sapore ⁊ sanitate/ratione maio=
ris dispositionis qualitatis sui situs: sic
vna sensitiua est maior altera rōne ma=
ioris dispositiōis qualitatis sui sit⁹ quo
ad speciez subiecti in quo est: sicut aqui
la que hȝ maiorē sensitiuā per visum/q̄
aliud animal: ⁊ vultur per odoratum q̄
aliud: ⁊ canis per auditū q̄ aliud: homo
autē per gustū ⁊ tactū q̄ aliud. ¶ In sen
sitiua cōsistit qualitas inter potentiam/
obiectū ⁊ actum: ⁊ hoc intrinsece quo ad
suos correlatiuos: videlicet ad sensitiuū
sensibile/sentire. Uerūtamen non dico q̄
ad obiectum peregrinū: sicut sapor sen=
satus pomi/⁊ sapor causatus a sentire.
¶ Una sensitiua minor est q̄ altera sen=
sitiua secundū subiectū in quo est. Nam
auis non viuens de rapina/non sentit
tantum per gustū/quantū auis viuens
de rapina: ⁊ sic de alijs suo mō pōt dici:
vt i capitulo maioritatis significatū est.

De sensitiua p reglas ōducta.

sensiti
per re=
las de=
cta.



Ueritur/vtrum sensitiua sit
a generātevel a creāte? ⁊ re
spōdendū est ꝙ a generāte:
vt patet i hoc qđ aial absq̄
sensitiua non potest sentire
conditiones corruptas q̄s debet sentire
⁊ in imaginatione ⁊ non in se: eo qꝛ non
est inserta ⁊ fundata in vegetatiua na=
turaliter. ¶ Adhuc martinus non esset
filius ioannis secūdū speciē: qđ est īpos=
sibile. ¶ Sed miratur intellectus/homo
q̄n moritur/sensitiua quo vadit ⁊ vbi ē?
Et est dicendū ꝙ ipsa vadit ad sua prin=
cipia vniuersalia i quib⁹ remanet ⁊ stat
in suo numero miraculose: supposito tñ
ꝙ sit resurrectio hominū: vt iusticia ⁊ mi
sericordia dei habeāt subiectū in qđ age
re possint. ¶ Queritur per primam spe
ciē regule c. qđ ē sensitiua? Et huic respō
dendum est ꝙ sua diffinitio iaȝ data est
superius. ¶ Per secundam speciez que=
ritur/quid habet in se sensitiua? Respō
dendum est ꝙ habet sua correlatiua ex
quibus sensus communis est constitut⁹.
¶ Per tertiam speciem queritur/quid

uestio
tabilis.

est in alio? Et dicēdum est ꝙ est ens cau
sans entia sensata cum quibus sentit: si=
cut visus qui sensat coloratum in q̄tum
ab eo visum est: et sicut olfatus qui cau=
sat odoratum in q̄tū ab eo odoratuȝ est.
¶ Per quartā speciem queritur/sensiti
ua quid habet in alio? Et est dicendum
ꝙ habet obiectum: sicut visus coloratuȝ
⁊ figuratum: et olfatus odoratum: ⁊ ha=
bet noticiam de ipso obiecto: eo quia de
illo facit iudiciuȝ. ¶ Per primam speciē
regule d. queritur/sensitiua de quo est?
Et respondendum est ꝙ est de suis prin
cipijs: videlicet ex primis parentibus a
quibus deriuata et genita est: nam vnuȝ
animal aliter non esset filius alterius:
quod est impossibile. ¶ Per secundā spe
ciem queritur/de quo est sensitiua? ⁊ re
spondendum est ꝙ ipsa est de sua mate
ria ⁊ forma: eo quia per suam materiā ē
passiua: ⁊ per suam formam est actiua.
¶ Per tertiam speciem queritur sensiti
ua cuius est? Et respondendū est ꝙ ipsa
est animalis in quo est: sicut instrumen
tum est sui agentis vtentis illo. Nā ani
mal cuȝ illa sentit/viuit ⁊ generat aliud
animal. ¶ Per primam speciē regule e.
queritur/sensitiua quare est? Et respon
denduȝ est ꝙ ex sua materia ⁊ forma cō
iuncta ⁊ constituta est. ¶ Per secundam
speciem queritur/sensitiua quare est? ⁊
respondendū ē ꝙ est vt suus instinctus ⁊
appetitus possint habere actus natura=
les: vt aial possit habere industriam ad
viuendum. Ulterius est/vt imaginatiua
possit haurire species ab illa: ⁊ imagina
ri obiectatū ⁊ sensatū: ⁊ habere actū suū.
¶ Per primam speciem regule f. queri=
tur/sensitiua quanta est? Et responden
dum est ꝙ est tanta q̄tum suū subiectū
ex ipsa est sensatuȝ. ¶ Sed miratur in=
tellectus p quem modum potest esse cō=
tinua in subiecto i quo est: ⁊ in quo sunt
pili ⁊ vngues ⁊ ossa/q̄ non sentiunt: vsq̄=
quo recordatur suā q̄titatem discretaȝ
p secundā speciem significatā. ¶ Adhuc
miratur intelectus cum sensitiua nō sit
punctualis/neq̄ linealis/neq̄ figuram
habeat/per quē modū habeat q̄titatē:
vsq̄ quo recordatur cristallum positum
supra coloratū: ⁊ de illo se colorat: sic sen
sitiua a q̄titate subiecti in quo est/est
q̄ta et habituata. Nam quantitas pun
ctualis ⁊ linealis multiplicat suam spe=
ciem in sensitiua: sicut coloratum in cri=
stallo multiplicat suum coloreȝ predicto
cristallo. ¶ Et in isto passu cognoscat in=
tellectus per quem modum vnus habi=
tus est positus supra alium. ¶ Per pri=

mam speciem regule g. queritur / q̄ sunt appropriate qualitates sensitiue? Et respondendum est q̄ est sensatum inq̄tū est acquisitū ex alio: ⁊ est positū in ipsa sensitiua / sicut lapis coloratus / q̄ per visum est sensatus: sicut pomū odoratum quod per olfatum est sensatum: et sic de alijs. Et in isto passu cognoscit intellectus q̄ sicut imaginatiua multiplicat suam: sic et sensitiua suam. ¶ Per regulam b. queritur / per quem modum sensitiua cōsistit in tempore ⁊ motu: cū ipsa non sit punctualis neq̄ linealis? et respondendum est q̄ consistit per subiectum in quo est. Et hoc approbant regule b. c. d. R. vt apparet bene intuenti: et hec declaratio sufficiat causa breuitatis. ¶ Per regulā i. queritur / sensitiua vbi sentit? Et respondendum est q̄ in sensibili intrinseco quod est de essentia sensitiue. Nam extra tale sensibile nullū obiectum est sensatum: sed in isto passu miratur intellectus quomodo lapis est sensatus: ⁊ sic de alijs / cum non sit collocatus i essentia sensitiue siue sensus / neq̄ etiam cū oculis participet per contactū / quia: si sic / visus attingeret substantiam ⁊ auditus campanā: et adhuc / brutū attingeret substantiā: et sic haberet scientiam: qd̄ est impossibile. Sed recordatur rosam multiplicantem suum odorem in aere qui cum ip̄a rosa participat per contactum. Similiter visus multiplicat suam speciem in aere qui participat cum visu ⁊ obiecto colorato ⁊ sensato: et hoc sufficiat quo ad species regule i. cā breuitatis. ¶ Per primā speciem regule R. querit̄ / sensitiua quomodo sentit: sed intellectus in prima fronte est impedit⁹ ad respondendum predicte questioni / eo quia ille modus non est sensibilis: ⁊ q̄r voluit declarare secundum sensum fuit impeditus: sed descendet ad imaginationē in qua modus ille est imaginabilis / ⁊ ad memoriam in qua regula R. est memorabilis: ⁊ tunc intellectus respondet prelibate q̄stioni: videlicet sensitiua siue sensus h̄z modū sentiēdi p̄ mixtionē sui instinctus ⁊ appetitus ⁊ virtutis: et sic de alijs principijs cū quibus haurit ⁊ colligit similitudinē elementorū quib⁹ sensat ipsa obiecta / sicut coloratū a quo haurit ⁊ colligit similitudinem eius in qua similitudine sensus / videlicet visus ponit suā similitudinē. Et cū istis similitudinib⁹ substātiat coloratū. ¶ Per secūdā regulā R. querit̄ / sensitiua siue sensus cū qua sentit? Et respōdendū ē q̄ est cū sua specie / sicut adamas q̄ cū sua specie attrahit ferrū. Et etiā sentit cū suis instrumētis naturalib⁹: videlicet auditu / visu ⁊c. Adhuc sentit cū speciebus acquisitis cū quibus sentit obiecta pegrina: ⁊ etiā cū suo instinctu / ⁊ appetitu / virtute / posse ⁊c. cum quibus mouet organa sua ad sentiendum.

De septimo subiecto videlicet de vegetatiua per principia deducto.



Egetatiua ē bona: vt patet in plātis q̄ p̄ bonitatē sunt bone ad seipsas ⁊ q̄ ad alia que viuūt ex illis / que q̄dē absq̄ illis viuere nō possēt: neq̄ tale esse quale habent / h̄re possent. ¶ Vegetatiua est magna: nā ambit ⁊ cōprehēdit omne vegetatiuū ⁊ plantatum i ipsa vegetatiua: ⁊ hic querit intellect⁹ / vtrū vna ⁊ eadē sit vegetatiua que ē in animalib⁹ ⁊ illa que i plātis? Cui respōdendū ē q̄ vna eadē est vegetatiua in genere: sed est plures differentes specie in diuersis subiectis rōne ipsorū nō autem rōne sui met. Nā qui diceret q̄ ratione sui met vegetatiua esset plures / diceret quidē q̄ vnum esset plura: ⁊ plura esset vnū: qd̄ est impossibile: q̄re patet q̄ vna ⁊ eadē est in genere: plures aūt differentes specie in diuersis subiectis. ¶ Vegetatiua durat per suam specificam durationē: sed querit intellect⁹ de quo durat ipsa: cū suū subiectū in quo est / sit corruptibile: sed recordat̄ elementatiua de q̄ durat: sicut flāma ignis i lāpade ex oleo. ¶ Vegetatiua est potēs p̄ suā specificam potestātē in q̄ oēs potestates vegetabiles plātarū ⁊ aialiū sunt plātate ⁊ radicate. ¶ Vegetatiua h̄z instinctū cū quo quodlibet vegetatiuū se habet ad suam operationē / specificando / habituādo se de suo specifico habitu / situ / q̄titate / q̄litate ⁊ huiusmodi. ¶ Vegetatiua h̄z appetitū: videlicet vt hoc qd̄ ē elemētatum sit vegetatū: sicut visus q̄ h̄z appetitum ad hoc qd̄ est coloratum ⁊ per ipsum sit sensatū: ipse quidem appetitus est generalis ad oēs appetit⁹ q̄ sunt in genere vegetatiue. ¶ Vegetatiua ē de virtute habituata / q̄tificata / q̄lificata / assituata / ⁊c. vt patet in plāta. Nā illud qd̄ euenit ei per terrā / aquā / aerē / ignē / in quo est plātata / transmutat per suam speciem: et hoc idem facit per cibum ⁊ potum. Adhuc vegetatiua habet virtutē in plātis de qua medici habent experientiam.

De septimo subiecto videlicet de vegetatiua per principia deducto.

¶ Uegetatiuã ratiõe veritatis vere vegetat ⁊ veras cõditiões hʒ.s.verã substãtiã/qualitatẽ ⁊c.sine quibus in veritate sua nõ esset plantata. ¶ Uegetatiua hʒ delectationẽ in ꝯseruãdo suũ esse/multiplicãdo suã speciẽ vt apparet in plantis que generãt q̃tũ possunt euitando non esse. ¶ Uegetatiua ẽ radicata ⁊ plãtata ĩ differentia: vt plures species sint de suo genere: sed querit intellect⁹ q̃ est causa ꝙ viridis color est generalior in plantis q̃ȝ alius color: vsq̃ quo recordaᷓ terrã ⁊ aquã que cõponũt viridẽ colorẽ in quib⁹ maxime plãta est radicata/⁊ nutricata. ¶ Adhuc miratur intellect⁹: quare ficulnea nõ generat superficiẽ duram fructus sui/sicut facit nux: ⁊ quare rosa hʒ colorẽ rubeũ/⁊ liliũ album: sed recordaᷓ magnitudinẽ ratione cuius differentia est magna. ¶ Uegetatiua hʒ concordãtiam ad hoc: vt sue species cõueniãt inter se ĩ aliquibus reb⁹: sicut cõcordant piper/et alliũ in caliditate/lactuca quidẽ cucurbita in frigiditate: et multe res in eodeʒ colore/situ ⁊ huiusmodi: et hoc idem de vegetatiua que est in animalib⁹/potest dici suo modo: vegetatiua quidẽ semper sequitur vegetando maiorem complexionẽ subiecti in quo est. Contrarietas ẽ subiectũ in quo vegetatiuã est plãtata: vt contrarietas sit cã corruptiõis: sicut concordantia est causa generationis: sʒ querit intellectus/que est causa quare realgal interficit animal/triticũ autem ipsum viuificat: et quare alliũ ⁊ cucurbite contrariantur: sed recordatur magnitudinẽ in qua cõtrarietas vegetatiõis ẽ plantata. ¶ Uegetatiua est principium/in ipsa quidẽ vegetãs siue cõpositũ trãsmittit vnã speciẽ in aliã/⁊ forma in ipa vegetatiua est aliud principiũ in quo cõpositum transmutat formã nouã in suã antiquã/⁊ materiã nouã in materiã antiquã: et hoc ꝑpter finem: videlicet vegetatũ in quo species sit genita ⁊ multiplicata. ¶ Uegetatiua est medium generale existens inter elementatiuam ⁊ sensitiuã: sicut linea inter duo puncta: vegetatiua quidẽ in ipsa elementatiua ẽ inserta ⁊ plantata: sensitiua autem in ipa vegetatiua: et qꝛ sensitiua est finis: ideo est supra vegetatiuã/⁊ influit ei: ⁊ vegetatiua refluit sensitiue seipsam cuʒ suis principijs specificis: et idcirco qꝛ ipsa vegetatiua est supra elementatiuaʒ influit/et elemẽtatiua refluit vegetatiue. et in isto passu cognoscit intellectus per quem modum plante ⁊ animalia viuũt ⁊ nutriuntur et crescunt per vegetatiuam/et de vegetatiua ⁊ per elementatiuam ⁊ de elementatiua: et iste quideʒ passus est vtilis medico. Adhuc cognoscit intellectus ꝙ arbor est medium et subiectum siue instrumentum in quo et cum quo vegetatiua habet suum actũ: et similiter sua principia habent actus suos: sicut aqua intrans aliquod vas per aliquod foramen illius: ⁊ exiens illud idem vas per aliud foramen eiusdem vasis: ⁊ hoc per modũ generatiõis/⁊ corruptionis/⁊ priuationis. ¶ In vegetatiua finis habet suas species in secunda figura/in angulo de fine designatas. ¶ Finis priuationis est in vegetatiua causa corruptionis: ⁊ sensitiua ⁊ elementatiua sunt termini vegetatiue in quibus ipsa vegetatiua terminatur. Finis perfectionis est obiectũ ⁊ subiectuʒ ipsius vegetatiue. ¶ In vegetatiua plãtarum vna planta est maior altera: similiter ĩ vegetatiua aĩaliũ/vnũ aĩal ẽ maior altero: nã vn⁹ leo est maior altero leone vel alio aĩali: sicut capra lepore/⁊ hmõi. Rõ huius est: vt vegetatiua in maioritate possit esse plãtata. Et hoc quo ad maioritatẽ decem predicamentorum ⁊ principiorum huius artis. Sed miratur intellectus que ẽ causa quare vna magna arbor est in potentia in vno paruo grano: sed recordatur scintillã ignis exeuntẽ a lapide/hole percutiẽte ipsũ lapidẽ cũ calibe: q̃ quidẽ scintilla magna flamma est in potentia respectu materie euementis. ¶ Adhuc miratur intellect⁹ q̃re maiores fructus in eadẽ arbore inueniũtur cuʒ idem sunt specie: et similiter potest queri de folijs: sed recordaᷓ questionem prelibatam scintille: ⁊ incontinenti apud eum soluta est talis questio. ¶ In vegetatiua ẽ equalitas: vt multe plãte possint esse equales per speciem: et similiter multa alia: sicut iste leo ⁊ ille leo/q̃ sunt equales per speciẽ: et similiter piper ⁊ aliũ sunt equaliter in gradu caliditatis: ⁊ multa poma in eodẽ pomario/que sunt equalia in odore/ sapore/colore ⁊ huiusmodi. Hoc autem esse non posset: nisi vegetatiua ĩ equalitate esset plãtata ⁊ radicata. ¶ De minoritate quidẽ vegetatiue sic potest dici/sicut de ei⁹ maioritate dictuʒ est: nã relatiue se habẽt. vegetatiua vero reducibilis est per minoritatem ad non esse/eo quia erat: ⁊ non erat anteq̃ creata fuisset.

De vegetatiua per regulas deducta.

De vegetatiua per reglas deducta.



Et regulam b. queritur/vtrum vegetatiua sit potentia sensata. Et respondendum est quod sic/aliqualiter: videlicet secundum coniunctionem siue compositionem quam habet vegetatiua cum sensitiua in subiecto in quo est. Et alio modo per vocem sicut affatus qui nominat eam: et per auditum qui audit nomen suum. Alij vero sensus ipsam sensare non possunt. Et in isto passu cognoscit intellectus quod affatus est sensus postquam sensat suum obiectum et dat auditui audibile. ¶ Per primam speciem regule c. queritur quid est vegetatiua? Et respondendum est quod est potentia transmutans vnam speciem in aliam: sicut in animalibus in quibus transmutat cibum in carnem: et in plantis elementatiuam in semetipsam. ¶ Per secundam speciem queritur/vegetatiua quid habet in se? Et respondendum est quod habet suos correlatiuos ex quibus est. Et cum quibus habet suas operationes videlicet cum vegetatiua/vegetabili et vegetare. Nam in suo vegetabili vegetat omnia vegetabilia peregrina: sicut sensitiuus in suo sensibili sentiat omnia sensibilia peregrina adhuc/ et sicut calefactiuus in suo calefactibili calefacit omnia calefactibilia. ¶ Per tertiam speciem queritur/vegetatiua quid est in alio? Et respondendum est quod est in sensitiua fundamentum: in elementatiua autem est fundata et in predicamentis est idem quod est: videlicet est pars substantialis ipsius substantie in qua est/ quantitate quidem vegetatiue existente supra quantitatem elementatiue: et sic potest dici de sua quantitate et relatione etc. Et in isto passu cognoscit intellectus quod vegetatiua est altior potentia quam elementatiua: sed dubitat intellectus/vtrum relatio sua sit accidens vsque quo recordatur suam relationem substantialem habentem relationem accidentalem existentem ei instrumentum/et habitum cum quo agit in subiecto in quo est: sicut substantia que cum suo accidente agit. ¶ Per quartam speciem queritur/vegetatiua quid habet in alio? Et respondendum est quod in substantia elementatiue habet suam substantiam: et in quantitate elementatiue habet suam quantitatem: et sic de alijs predicamentis: et in isto passu cognoscit intellectus per quem modum vegetatiua in elementatiua est assituata et collocata. ¶ Per primam speciem regule d. queritur vegetatiua de quo est? Et respondendum est quod est de suis principijs specificis cum quibus agit. ¶ Per secundam speciem queritur/de quo vegetatiua est? et est dicendum quod est de suis correlatiuis. ¶ Per tertiam speciem queritur/vegetatiua cuius est? et respondendum est quod est subiecti in quo est: sicut pes que est sui totius/et instrumentum agentis. Vegetatiua enim est pars animalis cum qua ipsum agit et viuit. Et similiter planta. ¶ Per primam speciem regule e. queritur/vegetatiua quare est? et respondendum est quod est quia est ex suis partibus consubstantialibus constituta: videlicet de suis correlatiuis. ¶ Per secundam speciem queritur/vegetatiua quare est? Et respondendum est: vt sit vegetatum et vt viua/nutriatur et crescat: et in generatione vnam speciem in aliam transmutet. ¶ Per primam speciem regule f. queritur/vtrum vegetatiua habeat quantitatem continuam in subiecto in quo est? et respondendum est quod sic: vt possit esse in continuo motu. ¶ Per secundam speciem queritur/vtrum vegetatiua habeat quantitatem discretam: et respondendum est quod sic: vt possit esse in motu successiuo. Sed miratur intellectus per quem modum potest habere in subiecto quantitatem continuam et discretam. quousque recordatur quod per respectum ad suam essentiam est in continua quantitate: et per respectum ad correlatiuos/habet quantitatem discretam. ¶ Per primam speciem regule g. queritur/vegetatiua quam proprietatem habet propriam? et est dicendum quod illam qualitatem generalem a qua descendunt qualitates particulares: sicut caliditas piperis/et alij etc. que descendunt a caliditate generali: et sicut frigiditas lactuce et cucurbite que descendunt a generali frigiditate etc. de qua generali qualitate elementali/proprietas propria ipsius vegetatiue est deriuata: sicut a generali quantitate elementorum deriuatur quantitas vegetatiue /generalem quantitatem siue proprietatem vegetatiue dicimus esse transmutationem vnius substante in aliam. ¶ Per secundam speciem queritur/quid est qualitas appropriata vegetatiue? et est respondendum quod vegetatio facta est in vegetatiua per motum celi effectiue: sicut visio lapidis que est per accidens. ¶ Per regulam h. queritur/per quem modum vegetatiua consistit in tempore? Sed hic impeditus est intellectus ad respondendum quousque recordatur elementatiua a qua vegetatiua influxa est/cum qua sic consistit in tempore et in motu: sicut per ipsam consistit in quantitate /qualitate etc. Ratio huius est quare essentia elementatiua est punctualis et linealis: essentia autem vegetatiue nequaquam: et hoc per regulam S.

d.R.significatū est:bene intuēti.¶ Per regulā.i.queritur:vegetatiua vbi vegetat vegetatū?ad qđ rñdendū est q i suo vegetabili intrīseco & ei ɔsubstātiali extra qđ & sine quo vegetare nō pōt:sicut calefactiuū extra suū calefactibile/calefacere nō pōt.Locus quidez vegetatiue est cognoscibilis p regulā.c.d.R.Ipa ๑o vegetatiua attingit substantiā/eo quia participat cū ea p contactū.¶ Per pmā regulā R.querit.vegetatiua quō vegetat vegetatū?& est dicendū q vegetat p illū modū quē hz:quo ad suos correlatiuos:vegetatiuus nāq ponit in suo vegetabili intrinseco formā & materiā q̄ eueniūt ei de elementatiua.Et in ipso vegetabili mutat suā substantiā in aliā/vegetatiuo expoliāte formā & materiaz ab elementatiua/veniente ab ea.Et ex illis induit vegetatiua ipsa vegetatuz nouū. ¶ Sed ad istū modū cōcurrūt multi modi/videlicet modus pportionis/mot⁹ generatiōis/corruptiōis/priuatiōis/& augmentationis/& hmōi imponēdo partē in partē:& partes in toto/& ecōuerso/et toto trāsmittēte suā similitudinē suo assimulato.¶ Per scđam speciē R.querit. cū quo,vegetatiua vegetat?& respondendū est q vegetat ipsum cum suis ppriis correlatiuis.s.vegetatiuo/vegetabili/ et vegetare/qui sunt ei coessentiales. Naz vegetatiuus in suo vegetabili intrinseco/vegetat oīa vegetabilia peregrina mediante vegetare.Adhuc vegetat cum principiis huius artis/videlicet cū bonitate/magnitudie.¶ Et hec que de vegetatiua dicta sunt sufficiāt:lz de ipsa multa sint dicenda:verūtamē quicqđ de ipsa dici potest/in predictis implicatum est.

De octauo subiecto:scilz de elementatiua per principia deducto.

De octauo subiecto:scilz de elemētatiua p principia deducto.



Elementatiua est potentia cum qua elemēta intrāt cōpositionē & existūt sub elementis.¶ Elemētatiua est potētia bona:nam sine ipsa corporalia essent ociosa/& deuiata a suo fine ad quem sunt: & mūdus nullā haberet perfectionē.Et ideo quātū est bona tantū est ratio bonovt agat bonū.¶ Elementatiua est magna potentia:& q: per suam magnitudinez ambit multa/& sua magnitudo multū magnificat suam bonitatem & durationē &c.¶ Elemētatiua durat tanto q corrupto vno elemento/immediate & ptinus generat aliud/nullis eius specieb⁹ differentibus/neq3 corconditionibus:eo quia nullum elemētū est corruptibile:quo ad suam essentiam. ¶ Elementatiua est potens p suā speciē existentem ๑m id qđ est/& agendo ๑m id qđ agit/que quidē potestas ei in aliquo nō deficit.¶ Elemētatiua enī sic pōt elementare elementata:sicut vegetatiua vegetare vegetatā/& sensitiua sentire sensata:& imaginatiua imaginari imaginata.¶ Elementatiua hz instinctū generalem/a quo descendit instinctus specierū & ab illis instinctus & indiuiduati & elementati descendūt.Et de hoc experimētum habem⁹ in quattuor tempozib⁹ anni:videlicet in vere/estate/autūno & hyeme:in quibus elemētatiua habet diuersas operationes.Et etiā in quattuor regionibus:videlicet in oriente/& occidēte/meridie & septētrione.Et hoc idem dici potest de vita plantarū & animaliū.Adhuc habet instinctū reperiendi virtutez planetarum et octaue sphere.Et in isto passu cognoscit intellectus causaz/quare quodlibet elementum agit per suam speciem.¶ Elementatiua habet appetitum ad elementandum elementata/ratione cuius appetitus elemēta intrant mixtionem:& compositionē vno elemento habente appetitū sursum/alio autem deorsum:vt ipsa sub elementatis existere possit.Et in isto passu cognoscit intellectus quid est causa motus elementoꝝ generādo/corrūpendo & priuādo.¶ Elementatiua habet generalem virtutem a qua descendūt speciales virtutes elemētoꝝ:que quidē virtutes sunt fundamenta virtutibus vegetatis et sensatis.verūtamen suā virtus qñq3 est defectiua p monstruositates causatas ab elemētoꝝ contrarietatibus.¶ Elementatiua hz veras cōditiones/vt vna species nō se trāsmutet in aliam speciem.Et in isto passu Alchimiste dolent & habent occasionem flendi.¶ Elementatiua habet naturalē delectationem sic elementando/sicut habet vegetatiua in vegetādo/& sensitiua in sentiendo:rōne cui⁹ elemētatiua magnificat & multiplicat actus suos q̄tum potest/vt sua elemētata in magna delectatione esse possint.Et in isto passu cognoscit intellectus qđ est causa intēsi caloris/saporis/& coloris & hmōi.¶ Elemētatiua per suam differentiam habet diuersa subiecta/in quibus est diffusa:sicut in quattuor massis que sunt obiecta sensuum:sicut ista flamma/iste aer/ista

aqua/ista terra quibus vtimur. ¶ Iterum elementatiua est in metallis/plantis et animalibus/non quod in illis ipsa sit obiectum sensibus. Sed tantum imaginationi et intellectui. Et isto passu cognoscit intellectus que fuit causa deceptionis illorum philosophorum dicentium elementa non esse actu in elementatis: sed tantum ipsa in illis esse in potentia et virtute.

¶ Elementatiua ratione sue concordantie/finis/magnitudinis/bonitatis/potestatis/instinctus/appetitus/et virtutis/in eorum elementatis est remissa et confracta: vt fiat temperamentum inter qualitates contrarias/aqua mordente ignem cum sua frigiditate/et igne aquam cum sua caliditate: et aere terram cum sua humiditate: et terra aerem cum sua siccitate: vt elementatiua possit generare elementatum/elementando: sicut digestiua digerere digestum: et faber mollificare ferrum cum caliditate/vt fiat clauus: et in isto passu cognoscit intellectus quod concordantia est causa generationis in elementatis. ¶ Elementatiua est ex contrariis qualitatibus habituata et assituata: videlicet ex caliditate/frigiditate/humiditate et siccitate/leuitate/ponderositate/raritate et densitate: vt contrarietas sit causa corruptionis in elementatis. ¶ In elementatiua sunt quattuor principia: elementans enim est vnum principium efficiens/mittendo formam in materiam vt sequatur finis: videlicet elementatum. ¶ Adhuc concurrunt in hoc principia huius artis. s. bonitas/magnitudo et c. et etiam motus celi/qui causat in inferioribus motum elementatiue. ¶ Amplius in ipsa elementatiua sunt decem predicamenta in quibus ipsa est diffusa et similiter regule huius artis. Principia vero sunt intellectiua/maxime obiectiue regule autem subiectiue loquendo comparatiua: et in isto passu cognoscit intellectus quod principia obiectant obiectum elementatum et regule sustinent illud. ¶ Elementatiua est medium existens inter elementa simplicia et elementata/sicut sensus particulares existunt inter sensum communem et sensata. Et in isto passu cognoscit intellectus motum elementatiue a quo est influxus: et a quo est refluxus: et in quo subiecta est discursus. ¶ Finis elementatiue est habere et generare elementatum in quo quiescat vltra quod elementatiua nullum appetitum habet. Si enim appeteret aliquid aliud vltra suum elementatum: iam suum elementatum non esset suus proprius finis: et sic plus quiesceret in hoc quod non egreditur a sua natura/quam in hoc quod egreditur et faber plus quiesceret in clauo fabricato/quam in suo filio generato ab eo: et leo plus quiesceret venando/quam suum similem generando: quod est impossibile. quare patet quod finis elementatiue est habere et generare elementum/vt in ipso quiescere possit. Et in isto passu cognoscit intellectus quod sic quiescit elementatiua in elementato/sicut vegetatiua in vegetato/et sensitiua in sensato/et imaginatiua in imaginato/et intellectus in intellecto.

¶ Elementatiua est in subiecto maior quo ad vnam qualitatem et non quo ad aliam: sicut in pipere est maior quo ad caliditatem/quam quo ad siccitatem. ¶ Adhuc quo ad siccitatem/magis quam quo ad humiditatem. Item magis quam ad humiditatem/quam quo ad frigiditatem. Et in isto passu cognoscit intellectus per quem modum maioritas elementatiue est subalternata in subiecto in quo est: verumtamen secundum iuuentutem et senectutem non est sic: nam elementatiua maior est in medio quam in extremitatibus: videlicet in medio etatis quam in iuuentute et senectute: sicut sol qui maior et calidior est in caliditate in meridie quam in mane et sero effectiue. ¶ Elementatiua in equalitate est assituata. Elementa namque equales essentias habent per quantitatem/vt proportio possit esse in elementatis: vt ista rosa et illa rosa sunt equales in specie: et sic de aliis suo modo. Nam aliás vnum elementum corrumperet aliud elementum per essentiam et naturam: aut vnum elementum transmutaret aliud in suam essentiam: sicut si rosa transmutaret lilium aut violam in suam essentiam. ¶ Elementatiua in minoritate est assituata: eo quod sua principia primitiua fuerunt de nihilo deducta et creata: item elementatiua secundum quod est in minori elementato/est quod de minori quantitate et c. habituata et assituata.

De elementatiua per regulam deducta.

De elementatiua per regulam deducta.



Queritur/vtrum elementatiua differat ab elementis per essentiam: et respondendum est quod non: quia si differret per essentiam/iam elementa non haberent subiectum in quo essent composita: neque elementatiua esset a generante: sed a creante. et qualitates elementorum mutarentur in nouum subiectum sicut caliditas ignis que est in lapide/non esset eadem per speciem cum caliditate ignis que est in sphera ignis: quod est impossibile sicut humanitas que non differt ab anima et corpore/prout coniunguntur: humani

tas enim ex istis est: non autem ex vno tantum. ¶ Per primam speciem regule c. queritur/ quid est elementatiua? Et ē respondendum ꝙ sua diffinitio iam superius est data. ¶ Per secundam speciē queritur / elementatiua quid habet in se essentialiter et substantialiter? Et dicenduz est ipsa habet suos correlatiuos ex quibus est/ ⁊ cum quibus agit in elementatis: videlicet in lapide / flamma / planta et animalibus. ¶ Per tertiā speciem queritur quid est in alio? et est dicendum ꝙ est in elementis instrumentum cum quo ipsa elemēta agunt in elementatis. ¶ Adhuc est in decem predicamentis id quod est: et est in vegetatiua fundamentum. ¶ Adhuc ē elemētatiua in potentia ignis imago infinitatis et eternitatis dei inquātū ignis: si haberet ligna infinita cōbureret, infinite et eterne: sed quia non habet/ illa potentia remanet in dispositione tantum: ⁊ est finita differente infinita materia. ¶ Per quartam speciem queritur / quid habet in alio? Et est dicenduz ꝙ habet in subiecto in quo est/ suam materiam/ ⁊ suaz formam/ ⁊ quantitatem/ ⁊ qualitatem/ ⁊ suum motum/ ⁊ huiusmodi: sicut in plāta ⁊ in animali. ¶ Per primam speciem regule d. queritur / elementatiua de quo est? et ē dicēdum ꝙ est de suis principijs primitiuis in elementatiuis positis ⁊ ex illis principijs/ vt ex vniuersali materia ⁊ vniuersali formā sicut elemēta. ¶ Per secundam speciem queritur / elementatiua de quo est? et est dicenduz ꝙ est de sua specifica forma ⁊ materia / aut cum ipsis agat per suam speciem elementādo elementata. ¶ Per tertiam speciem queritur / elemētatiua cuius est? Et est dicendum ꝙ subiecti in quo est: sicut ps que est sui totius: vt patet in plāta que generando elementat aliam plantam. ¶ Per primam speciem regule e. queritur / elementatiua quare est? Ad quod dicēdum est ꝙ est eo quia ex elementis est composita. ¶ Per secundam speciem regule e. queritur / elemētatiua quare ē? Ad quod dicendum est vt per ipsam elementata sint. Adhuc vt vegetatiua / sensitiua et imaginatiua ab ea sint fundate/ nutrite ⁊ genite. ¶ Per primam speciem eegule f. queritur / vtrum elementatiua habeat quantitatem continuaz? et respondendum est ꝙ sic: vt sua continua quantitas sit genus ad quantitatē indiuiduorum que in illis sunt lineate ⁊ substentate. ¶ Per secundam speciem queritur / vtrum habeat discretas quātitates? Et respondendum est ꝙ sic: vt in indiuiduis elementatis habentibus differentes quantitates in numero: et quantitas sua est punctualis/ eo quia ē ex quattuor elementis coniuncta ⁊ constituta. ¶ Per primam speciem g. queritur / qualis est sua propria qualitas? Et respondendum est ꝙ illa quam habet per sua propria elementa/ sicut colera q̄ est elemētata / cui caliditas est sua propria qualitas. ¶ Per secundam speciem regule g. queritur / qualis est appropriata qualitas? et est dicendum ꝙ siccitas est ei appropriata qualitas. Nam a terra recipit siccitatem: et sic de alijs complexionibus/ preter caliditatem/ secundum quod a diuersis recipit eas. ¶ Per regulam h. queritur / elementatiua per quem modum consistit in tempore? ⁊ respondendum est ꝙ consistit in tempore respectu nunc in quo est. Adhuc cōsistit in tempore mediante motu in quo est/ augmentando/ alterando subiectum in quo est/ ab vno loco in alterum mutando. et per regulā c. d. K. ¶ Per regulā i. vbi
queritur elementatiua vbi est? et respōdenduz est ꝙ in elementatis: ⁊ hoc subiectiue: non autem sicut visus in colorato obiectiue: quoniam nisi elementatiua esset in elementato/ iam qualitates non essent in elementato: aut essent sine subiecto: quod est impossibile: vt patet ī flamma in qua est caliditas: et in glacie in qua est frigiditas/ et huiusmodi. Tamen hic dubitat intellectus vtrū ī sphera ignis sit siccitas terre ⁊ frigiditas aq̄ cum sint de elementatis inferioribus/ humiditate resistente et contrariante siccitati terre/ et caliditate ignis frigiditati aque / vsqꝫ quo ipse recordatur ꝙ si omnia elementa non essent in sphera ignis/ neqꝫ in qualibet sphera cuiuslibet elementi alterius esset destructa generalis mixtio eorunt: et per consequēs mixtiones eorum particulares in elementatis. Nam ad destructionem vniuersalis/ sequitur destructio particularis. Item si ignis qui est in sphera sua calidus per se: et siccus per terram esset siccus per se: adhuc aer qui est humid⁹ per se et calidus per ignem/ esset calid⁹ per se: amplius aqua que est in sphera sua frigida per se ⁊ humida per aerem/ esset humida per se: et similiter terra q̄ est in sphera sua sicca per se ⁊ frigida ꝑ aquām/ esset frigida per se: et sic essent due qualitates cuiuslibet elementi ī genere. Sic due caliditates in igne/ ⁊ due humiditates/ et due frigiditates/ et due

siccitates/due igneitates/due aereitates/due aqueitates/ ⁊ due terreitates/ ⁊ per consequēs octo elemēta sicut octo q̄litates q̄ supradicte sunt:qḋ ē absurdū dicere:sicut ē absurdū dicere duas albedines i gñre/⁊ duas vegetatiōes/⁊ duas sensatiōes. ¶ Amplꝰ esset destructꝰ appetitꝰ naturał/eo ꝙ nō haberet obiectū nā ignis vnus nō appeteret aliū ignē: neqꝫ ignis appeteret terrā/postq̄ꝫ per se esset siccus:et sic de alijs elementis pōt dici suo mō:⁊ esset destructa appropriata qualitas:⁊ etiā secunda species regule g.significās illā qualitatē. ¶ Iterum esset destructus motus habēs appetitū sursum:⁊ ille habēs deorsum:et per consequens natura esset destructa/eo ꝙ nō haberet subiectū in quo esset substentata:et etiā destructa elementatiua:⁊ per consequens elementata/vegetata ⁊ sensata. Adhuc omne corpus existēns sub luna esset compositū in vacuitate finis/ in tanto ꝙ finis nature esset sic habitus priuatiuus nature:sicut cecitas visus/et surditas auditus. Et q̄ꝛ hec omnia sunt valde impossibilia:patet ergo per regulam h.⁊ per diffinitionē veritatis ꝙ omnia elemētata sunt mixta i spheris suis ⁊ in massis similiter:⁊ in elementatis iā magis sunt mixta ⁊ composita :sicut in plantis in quibus sunt cōposita cū vegetatiua/et in animalibus cum sensitiua et imaginatiua:⁊ hoc mediante elementatiua composita cum ipsis . ¶ Sed hic miratur intellectus/terra que est inferius/per quē modū potest ascendere superius:videlicet i spherā ignis/eo quia aer est in medio contrarians terre.Et similiter ignis descendere ad nos inferiꝰ: eo q̄ꝛ aqua est ꝯria illi: vsqꝫquo recordatur scalā concordantie in secunda figura designatam.Nam ignis descendit sic dādo de sua caliditate aeri:et ꝯuenit cum eo descendendo:⁊ aer dando de sua humiditate aque:⁊ conuenit cum ea descendendo : ⁊ sic transit ignis in aquam per humiditatē calefactā: et aqua descēdit ad terrā/dando ei de sua frigiditate calefacta ⁊ humefacta:et terra ascendit ad ignem dando ei de sua siccitate calefacta/hūefacta ⁊ frigefacta.Et qm̄ q̄litates non dimittunt suum proprium subiectum/qualitatibus ascendentibus et descendentibus:ideo ascendunt ⁊ descēdunt.Et sic sequitur circularis motio et mixtio.¶ Per primam regulam K.queritur/elementatiua quomō est mixta ⁊ composita ex quattuor elementis:sed recordatur intellectus paragraphum loci supradictum in quo solutio questionis est implicata et significata:et hoc sufficit ad declarandum questionē prelibatā causa breuitatis.¶ Per secundam regulaꝫ K.queritur/elementatiua cum quo elementat elemētata? Et respondendū est ꝙ cum instinctu et appetitu principiorum ex quibus est/sequendo motum quem habet secundum naturam diffinitionum principiorum:et sic de regulis in quibus consistit suus transitus. Et hoc idem dici potest per impressiones quas habet in decē predicamentis/suo tamen motu mixto per generalem motum celi. Sed declarare hoc /esset longuꝫ:sed ipa declaratio satis scibilis ē sciēti hāc artē.

De nono subiecto quod est de instrumentalitate.



Onū subiectuꝫ est de artificio:⁊ hꝫ tres species.¶ Prima est de moralibus.¶ Secūda de artibus liberalibꝰ. ¶ Tertia de mechanicis. De primā.s.de moralibus hic tractabimus.De secūda ⁊ tertia tractabimus in vndecima parte huiꝰ libri: videlicet in applicatione . ¶ Sciendum est ꝙ de moralitate possunt tractari duobus modis.s.secundū virtutes ⁊ secūdū vitia.Et primo de iusticia que est in genere virtutis tractabimus.

De nono subiecto qḋ est de instrumētalitate.

De iusticia p pricipia deducta



Uoniā iusticia est applicabilis ad suū genus : videlicet ad virtutē que ē principiū vnū huius artis: ⁊ similiter de equalitate pōt dici et ideo sicut ista duo principia sunt deducta p principia ⁊ regulas vt patet in octaua parte huius libri que est de mixtione principiorum :idcirco iusticia applicabilis est ad virtutem ⁊ eq̄litatem secundum ꝙ ipse sunt deducte per principia ⁊ regulas. Nam particulare applicabile est ad suum vniuersale secundum conditiones ipsius vniuersalis:sed ad maiorem euidentiam iusticie volumus discurrere eam per principia ⁊ regulas huius artis. ¶ Iusticia ē habitus cum quo iustus iuste agit:quoniā bonitas est ratio bono ꝙ agat bonum: ideo iustum est ꝙ bonus agat bonum. Quapropter quando agit bonuꝫ/iuste

De iusticia per principia deducta.

agit:vnde patet ꝙ iusticiā oritur de rā=
tione bonitatis. Et in isto passu cogno=
scit intellect⁹ ꝙ iusticia oritur oriēte suo
actu/⁊ ꝙ bonitas est disponens ipsaȝ iu
sticiā/inquātuȝ est ratio bono ꝙ ipse agat
bonū:quoniā magnitudo est id ratione
cuius duratio ⁊c.sunt magne: ideo ma=
gnitudo est dispositio magne iusticie/bo
nitatis ⁊ durationis:vt si bonus agit bo
nū magnū ⁊ durabile ⁊c.tunc tpis iusti=
cia erit magnus habit⁹ collect⁹ de boni=
tate/magnitudine/duratione ⁊c. Et in
isto passu cognoscit intellect⁹ ꝙ quēad=
modū magna iusticia est connexa cū pn=
cipijs/et ab eis deriuata:sicut bonitas/
magnitudo ⁊c.durant ꝑ durationē/sic iu
sticia durat per illā/supposito tñ ꝙ non
superueniat iniuria.Et in isto passu co=
gnoscit intellect⁹ ꝑ quē modū durat ha=
bitus iusticie/dato ꝙ homo vtat̃ altera
virtute/aut ipse dormiat.Et in isto pas=
su est intellectus moralis et practicus.
¶ Postq̄ȝ bonitas est ratio bono ꝙ agat
bonū/⁊ magnitudo disponit ꝙ illud bo=
num sit magnū/⁊ duratio disponit ꝙ sit
durabile:⁊ potestas ṽo est ratio ꝙ bon⁹
possit existere ⁊ agere bonuȝ/iusticia di=
sponit vt sit deducta per illud agere.et
qñ bonus agit bonū/tunc iusticia est or=
ta/⁊ est de potentia in actum deducta.
¶ Justicia per intellectū est intelligibi=
lis/⁊ ꝑ voluntatē amabilis.Et ideo intel
lectus ⁊ voluntas ipsa obiectant/postq̄ȝ
iusticia est nata/actus iusticie remanet
in potētia.ipsa nāq̄ȝ iusticia in duratio=
ne ⁊ potestate ⁊c.est gubernata.¶ Justi
cia per bonitatē/magnitudinē ⁊c.est di=
sposita:⁊ ideo per voluntatē est amabi=
lis.nam omne bonuȝ est amabile:⁊ ideo
quādo diligitur cum dispositiōe bonita=
tis/magnitudinis ⁊c.tunc iusticia de po
tentia in actū deducit̃.¶ Justicia est vir
tus/que quidē virtus est suum gen⁹:eo
q2 sub virtute cōsistūt multe virtutes:et
ideo sicut virtus in cōi orit̃ ex bonitate/
magnitudine ⁊c.sic iusticia orit̃ ꝑ eūdeȝ
modū ꝑ quē virtus moralis orit̃.Et ī isto
passu cognoscit intellect⁹ ꝑ quē modum
particulare cū suo vniuersali regit̃ ⁊ di=
rigitur.Et isto passu iuriste debēt valde
congaudere/eo q2 iste passus est regula
generalis infallibilis ad oīa iura.¶ Ju=
sticia sine veritate esse nō pōt:⁊ iō qñ est
cū illa:sequit̃ ꝙ illa sic sit cognoscibilis
per illū modū ꝑ quē veritas est cognosci
bilis in discursu principioꝝ ⁊ regularū.
Et in isto passu cognoscit intellect⁹ ꝙ iu
sticia est facilis ad cognoscendum cū di=
scursu veritatis posito in mixtiōe princi
piorum regularū. In gloria bonitas/ma
gnitudo ⁊c.habent delectationē ⁊ quie=
tem:ipsam aūt habere nō possent absq̄ȝ
iusticia.Et ideo qñ sunt in delectatione
conscientia non mordet:eo q2 iusticia est
in illa delectatiōe.vñ sequit̃ ꝙ quies cō=
scientie significat ⁊ declarat iusticiā in il
la delectatione.¶ Justicia rōne differē=
tie habet duas partes:videlȝ pondus et
ꝓportionē:quo ad pondus est intēsa:sed
quo ad ꝓportioneȝ est extensa:⁊ ideo in
causis quādoq̄ȝ requiritur iudiciū inten
siue/⁊ quādoq̄ȝ extēsiue/ſm ꝙ subiectuȝ
iudicij est dispositum ⁊ ordinatū ad reci
piendum iudiciū.¶ Justicia ꝑ ꝯcordan=
tiam principioꝝ oritur et viuit:⁊ ideo in
cognoscendo concordantiā principioruȝ
ad vnū iudicium cognoscit̃ iusticia cum
suis cōditionib⁹.nā cognita causa cogno
scitur effectus.¶ Iniuria est inimica iu=
sticie:eo q2 iniuria est habit⁹ priuatiu⁹/
⁊ q2 concordantia est amica principiorū:
ideo iusticia est habit⁹ positiuus. Nam
vnū cōtrariū cognoscit̃ ꝑ reliquū. ¶ Ju=
sticia dicit siue significat essentiam:sed
ius significat esse iusticie:⁊ quia essentia
in suo esse est substentata/ergo iusticia
in iure est substētata.vnde patet ex pre=
dictis ꝙ iudex in principio absolutio est
causa efficiens/que quidem iusticia est
principium formale ⁊ ius materiale:eo
quia per iusticiam formatum est.Judi=
cium ṽo est principiū finale:eo q2 in ipso
est quies.¶ Justicia est mediū īter acto=
rem ⁊ reum/cuȝ quo iudex dāt vnicuiq̄ȝ
ius suum.Nam sicut iusticia non potest
esse medium absq̄ȝ iudicare/neq̄ȝ etiam
absq̄ȝ bonificare/magnificare ⁊c.vt suuȝ
iudicare sic sit mixtum cuȝ bonitate/ma
gnitudine ⁊c. ¶ Finis iusticie est quies
principiorum:eo quia sine iusticia quie=
scere non possunt.Unde sequitur ꝙ iusti
cia est subiectum finale in quo princi=
pia habent pacem inter actorem ⁊ reuȝ
reddendo vnicuiq̄ȝ qđ suum est. ¶ Ju=
sticia est maior per substantiam q̄ȝ per
accidēs.vnde sequitur ꝙ sua maior ma=
ioritas est substantialis/⁊ sua maior mi
noritas est accidentalis.Ipsa quidē ma
ior maioritas est cū maiori bonitate/ma
gnitudine ⁊c.et maior minoritas est cuȝ
minori bonitate et magnitudine ⁊c.Et
ideo in causis iudex debet cognoscere q̄
est iusticia maior aut minor/in cognoscē
do iusticiam substātialem ⁊ accidentalē:
⁊ ista noticia ē ī causis valde necessaria:
nā iusticia qñq̄ȝ stat ꝓ actore substātialit̃
⁊ pro reo accidētaliter ⁊ ecōuerso:vt pa=
tet per esse ⁊ bene esse:esse enim in cau

lis dicit necessitatē:sed bene esse contin- gentiā/⁊ in isto passu cognoscit intelle- ctꝰ ꝙ necessitas nō hȝ legē. ¶ Equalitas est habitus iusticie:eq̄litas q̄dē genera- lior est ipsa iusticia. Et ideo secūdū ꝙ eq̄ litas est discursa in tractatu principioꝝ: sic dȝ iusticia discurri in eodē:vt iam su pradictū est:et in isto passu cognoscit in- tellectus ꝙ bonuȝ ⁊ equum est reddere vnicuiq; quod suū est/cū bōitate/magni tudine ⁊c. ¶ In causis vna iusticia ē ma ior altera iusticia:et illa que ē minor/di- stat magis a magnitudine bonitatis/du rationis ⁊c. ꝗ̄ illa q̄ tantū non distat ab eodē/⁊ in isto passu cognoscit intellectꝰ ꝙ iudex posset cognoscere in causis mi- norem iusticiā cuȝ minori magnitudine bonitatis/durationis ⁊c. que cum maiori tate iusticie concordat.

De iusticia per regulas de- ducta.

De iusti- cia per re gulas de- ducta.



Per regulam b. querit̄/iusti- cia corrupta in hoīe/an ipsa reuertatur in eundē nūerū quando iniuria corrūpitur? Et respondendū est ꝙ non. Nam sicut naturaliter materia disponi tur ⁊ proportionatur successiue forma i instanti in eā introducitur: sic habitus moralis successiue disponit̄ ⁊ pportiona tur ⁊ in instanti pficitur:et ideo quando habitus corrumpitur/ipse in instāti cor- rumpit̄. ¶ Per primā speciē regule c. q̄ri tur iusticia quid est? Et respondendum est ꝙ est illa forma cui proprie competit iudicare. ¶ Per secundā speciē c. querit̄/ iusticia quid habet in se essentialiter et substantialiter? Et respondenduȝ est ꝙ habet suos correlatiuos morales videli- cet iustificatiuum/iustificabile ⁊ iustifi care cum quibus est habitus:sed hic du- bitat intellectus:vtrū iusticia remaneat habitus quando homo non vtit̄ illa/aut dormit/aut vtit̄ alia virtute? Et respon- dendum est ꝙ est sic:iusticia enim nō cor rumpitur:nisi quando iniuria introduci tur. ¶ Per tertiam specieȝ queritur/q̄d est iusticia in alio? Et respondendum est ꝙ est in causis causa/⁊ in aliis virtu tibus est connexio earum:sicut humili- tas ⁊ patientia/que iuste se conueniunt. ¶ Per quartam speciem queritur/iusti cia quid hȝ in alio? Et respondēdū est ꝙ hȝ obiecta in causis/q̄ iuste sunt obie- ctata:etiā habet impressiones principio rum ⁊ regularū/⁊ decē predicamentoꝝ. ¶ Per primā speciē regule d. querit̄/iu- sticia de quo est? Et est dicēdū ꝙ ipsa est de disponētia principioꝝ ⁊ regularum/ ⁊ decē predicamentoꝝ/eo q: sub ipsis ē. ¶ Per secundā speciē querit̄/iusticia de quo est? Et dicēdū est ꝙ ipsa est de sua specifica materia ⁊ forma/que descen- dunt per differentiam ⁊ proprietatem a generali virtute: vt iustꝰ p iusticiā in iu dicio possit agere. ¶ Per tertiā speciem queritur/iusticia cuius est? Et respondē dum est ꝙ est iusti:sicut cappa cappati. ¶ Per primā speciē regule e. queritur/ iusticia quare est? Et respondenduȝ ē ꝙ est ex suis ⁊ bilibus ⁊ are principiorum collecta est/videlicet ex iustificatiuo/bo nificatiuo ⁊c. ⁊ iustificabili ⁊ bonificabi li ⁊ iustificare/bonificare ⁊ magnificare ⁊c. Et in regulis assituata est per pprie tatē ⁊ impropria ⁊ specifica materia et forma inducta est:nam sicut eadem q̄li- tas:videlicet eadem significatas est per vnam formā specificā in rosa/⁊ p aliam in viola:sic eadē virtus est per formam ⁊ materiam specificas in iusticia/⁊ per alias in prudētia. ¶ Per secūdā speciem querit̄/iusticia q̄re est? Et respondendū est:vt principia a quibꝰ descēdit habeāt actus rectos in causis. Adhuc est:vt ciui tas habeat pacē ⁊ bonū publicū. ¶ Per primā speciē regule f. querit̄/iusticia q̄̄ ta est? Et respondēdū est ꝙ est q̄̄ta con tinue siue habeat q̄̄titatē continuaȝ:eo quia est habitus continuus:nō aūt quia punctualis:neq; linealis:q: nō est de cō- ditione corporis:neq; crescit:neq; decre- scit:licet suꝰ actus q̄nq; sit magnꝰ: q̄nq; paruus:sicut idē martellꝰ qui q̄nq; dat magnū ictū/quādoq; paruū/secūdū agē tis volūtatē vtētis illo ad placitū suuȝ. ¶ Per secūdaȝ speciē regule f. querit̄/q̄ sunt sue q̄̄titates discrete? Et respōdē dū ē ꝙ sunt ille quas hȝ p differētiā iu- sticia eiū vnā q̄̄titatē hȝ in iudice:aliaȝ in actore:aliā vero in reo:sicut eadē aq̄ vnū sitū hȝ in vase circulari ⁊ aliū in va se triāgulari. ¶ Per p̄mā specieȝ regle g. querit̄/iusticia qualis? Et est dicēduȝ ꝙ est talis q̄lis est per bonitatē/magni tudinem ⁊c. sine quibus esse non potest. ¶ Per secundaȝ speciem g. querit̄/iusti tia qualis est? Et est dicendum ꝙ est ta- lis qualis potest esse per connexionem aliarum virtutum que habent per iu- sticiam actus rectos. ¶ Per regulam h. queritur/per quem modum consistit iu sticia in tempore successiue de vno obie to i aliud:sicut nauis i motu ꝯtinuo lo-

caliter: sz iusticia ꝯsistit sic absq; successione in tpe/in subiecto in quo est/sicut homo sedens in naui mouente/ꝛ in motu continuo. Et quo ad species tpis illa sufficiant cā breuitatis. ¶ Per regulā i. querit/iusticia quō ꝯsistit in loco cū ipsa nō sit pūctualis neq; linealis? Ad qḋ respondendū est ꝙ ꝯsistit in loco ꝑ illū modū q̄ dictus est in regula.h.nā mediante subiecto in quo est iusticia/ipsa consistit in loco ꝑ accidēs. Et hoc sufficiat de speciebus loci cā breuitatis. ¶ Per primam speciez regule K. querit: iusticia quō est? ꝛ rn̄dendū est ꝙ est per illum modū per quē a suis principijs collecta est: ꝛ in regulis posita: est cū diffinitionib⁹ principiorū/ꝛ cū assituationib⁹ regularū ꝛ specierū. Et hoc significatū ē ꝑ hoc qḋ de ea supradictū est. ¶ Per secūdā regulaȝ K. querit iusticia cū quo est? ꝛ rn̄dendū est ꝙ est cū materia ꝛ forma specificis ex q̄bus est: ꝛ cum differentia que diuidit generalē virtutem in multos habitus: ꝛ est cū proprietate que specificat ei talē materiā ꝛ nō aliā/ꝛ talem formā ꝛ nō aliā: vt sit oino virtus specialis. Adhuc est cū agente qui acquirit ipsam/ꝛ est cum bonitate: q2 bona est. ꝛ sic de alijs sine quibus esse non potest.

De prudentia per principia deducta.

Deductio prudentie ꝑ pncipia.



Homo subsistens rōni bonitatis qn̄ ipsa est ratio bono ꝙ bonus agat bonū/tūc tēporis bonus est de prudentia habituat⁹: qn̄ autem nō subsistit rōne bonitatis/tūc tpis est imprudēs. ¶ Homo disponēs suā bonitatē cum magnitudine/vt ipsa sit magna ratio bono ꝙ agat magnū bonū/prudens est. ¶ Homo antiquus suā prudētiā pseuerando cū ea in causis/cū illa quidem prudens submittit prudentias nouas. ¶ Prudentia cum potestate pōt/ꝛ potestas cū prudētia est gubernata ꝛ acquisita. ¶ Prudentia est habitus scientie per intelligere/ꝛ fidei ꝑ credere. ¶ Prudentia primo ꝛ principaliter est habit⁹ per amorē: secūdarie aūt per timorem: nā timor consequitur amorē. ¶ Prudētia qn̄ est bona/tunc tpis est virtuosa: qn̄ autez est mala/tunc est vitiosa. ¶ Prudētia cū veritate est vera: sz cū falsitate est falsa. ¶ Prudentia cum parua pena disponit magnā gloriā. ¶ Prudentia disponit differentias: sed imprudentia confusiones. ¶ Prudentiā cōnectit virtutē cum virtute: sed imprudētia/vitiū cū vitio. ¶ Prudentia cōtradicit ignorantie que est sua inimica: ꝛ imprudētia ꝯtradicit intellectui qui est suus inimicus. ¶ Prudentia conseruat causas sm̄ ꝙ ipse sunt assituate in principio. Imprudentia autē illam assituationē corrumpit ꝛ destruit. ¶ Prudentia disponit mediū existens ꝓportionaliter inter principium ꝛ finē. Imprudentia autē agit per oppositū. ¶ Homo prudens cum fine perfectionis quiescit: sed hō imprudens cū fine imperfectionis/laborat. ¶ Prudentia cū maioritate bonitatis magnitudinis/est maior. Imprudentia cum maioritate malitie est maior. ¶ Prudētia cū equalib⁹ causis equalificat suos actus: sz imprudētia cū inequalibus vult illos coequare. ¶ Prudentia cum maioritate fugat imprudētiā. Imprudentia autem cuȝ minoritate fugat prudentiam.

De prudentia per regulas deducta.

Deductio prudentie per regulas.



Queritur vtrū prudētia simpliciter sit de genere scientie? Et rn̄dendum est ꝙ nō. Nā homo credēs veris causis prudēs est. ¶ Per primā speciē regule c. queritur: prudentia quid est? Et est dicendū ꝙ ipsa est habitus cū quo prudens ante eligit magnū bonū q̄ paruum/ꝛ ad bonas cōtingentias se disponit/ꝛ a malis se deuiat et segregat. ¶ Per secundā speciem querit: prudentia quid habet in se coessentiale/cui rn̄dendūȝ est qḋ hȝ suos correlatiuos/sine quibus prudens agere nō pōt. ¶ Per tertiam speciē querit: quid est prudentia in alio? ꝛ respondendū est ꝙ est in bonitate bona: sz ē mala in malis: ꝛ est i virtutibus fortis: ꝛ in peccatis debilis. ¶ Per quartā speciē querit: prudētia quid habet in alio? dicendū est ꝙ in virtute habet meritū: sz in peccato culpam. ¶ Per primā speciē regule d. prudētia de q̄ est? ꝛ rn̄dēdū ꝙ ipsa est de fantasmatib⁹ que intellect⁹ acqrit ꝑ diligentiā ꝛ experientiā vt fugiat laborem/ꝛ in fine quiescat. ¶ Per scḋam speciē q̄rit: prudētia de q̄bus est? ꝛ est dicēdū ꝙ est de suis tiuis ꝛ bilib⁹: q̄ solū ei cōpetūt. ¶ Per tertiā speciē q̄rit: prudētia cui⁹ est? ꝛ dicēdū est ꝙ ipsa est subiecti in q̄ est/sicut cappa cappati. ¶ Per primā specieȝ regule e. q̄rit: prudētia q̄re est? ꝛ rn̄dendūȝ est ꝙ est eo

q ex suis tiuis et bilibus specificis cōstituta est. ¶ Per secūdā speciē querit/prudentia quare est? et respōdendū ē q ipsa est propter vtilitatem prudentis vt cum ipsa acquirat quietē. ¶ Per pmā speciē regule f. queritur/ de continua qtitate prudētie? Ad quod respondendum est q prudētia in qtum est habitus/ hz sic continuam qtitatem: sicut cappa cappati. ¶ Per secūdā speciē querit de discreta qtitate prudētie? et respondendum est q ipsa hz discretā qtitatē rōne differentie suorū correlatiuorū. ¶ Per primā speciē regule g. querit de prudētia que est sua ppria passio et qualitas? Cui respondendū est q est puidentia. ¶ Per secundā speciē queritur /que est appropriata qualitas prudētie? Et respondendū ē q est bonitas in bonis et malicia in malis. ¶ Per regulā h. queritur de tēpore prudētie? Et respondēdū ē p regulas c.d.k. Nā ille significāt modū quo prudentia ↄsistit in tēpore p hoc qd est: et p ea de qbus est: et per modum quē habet in tempore qn prudens vtitur prudentia in tēpore. ¶ Queritur p regulā i. prudentia vbi est? Et respondendum est q in regulis c.d.k. extra quas in subiecto esse nequaq potest. ¶ Adhuc est in factis prudentis cum quibus ipse prudenter agit. ¶ Per primam regulā k. queritur/ prudentia quomodo est? Et respondendum est q ipsa est per illū modū quē prudēs hz/ causando eā/ et colligēdo similitudines principiorū et regularū ex quib9 est. ¶ Per secūdā regulā k. queritur/ prudētia cū quo est? Ad qd respondendum est q ipsa est cum prouidentia/ diligentia/ scientia aut credulitate/ dispositiōe et pportione/ sine quibus esse nō potest.

De fortitudine per principia deducta.

De fortitudie per principia deducta.



Ortitudo sub ratiōe bonitatis nutritur/ coloratur et disponitur/ et pportionat et cōditionatur. ¶ Fortitudo cū magnitudine bōitatis/ magnitudinis/ durationis et c. exceptis cōtrarietate et minoritate/ ē impugnabilis et defendibilis. ¶ Fortitudo antiquata cū duratiōe bonitatis/ magnitudinis sibi submittit fortitudies nouas. ¶ Fortitudo cū potestate bōitatis/ magnitudinis et c. olaiāt. ¶ Fortitudo fortior ē cū intelligere q cū credere. ¶ Fortitudo fortior ē cū amore q cū timore: sine fortitudine nulla virt9 ē fortis. ¶ Fortitudo cū veritate causat audaciam et victoriā. ¶ Fortitudo cū delectatiōe facit hoiez magnanimū. ¶ Fortitudo cū aliis virtutib9 diuersificat actus suos. ¶ Fortitudo cū maiore virtute maiorē ↄcordātiā hz. ¶ Fortitudo in peccatis ē habit9 puatiuus. ¶ Fortitudo hz pricipia specifica/ vt actus specificos habere possit. ¶ Fortitudo est mediū existens inter virtutē et virtutē. ¶ Fortitudo cum fine vltimo causat audaciā et victoriā. ¶ Fortitudo maior est p ea que sunt substātialia q per ea que sunt accidētalia. ¶ Fortitudo est fortior cū causis equalibus q cum inequalibus. ¶ Fortitudo minor est cum maiori vitio/ et etiam est pugnabilis et deuincibilis cum illo.

De fortitudine per regulas deducta.

De fortitudine per regulas deducta.



Trū fortitudo sit fortior p psperitates q p aduersitates? Et respōdedū est q sic. Cū psperitate enī pugnat cū acritate et amore. Cū aduersitate aūt pugnat cū patiētia et timore. ¶ Queritur per primā speciē regule e. fortitudo quid est? et respondendū est q est habitus ponēs fortificabilia cōtra vitia. ¶ Per secūdā speciē qrit/ fortitudo qd hz in se sibi coessentiale? et respondēdū est q ipsa hz suos correlatiuos cum quibus est habit9. ¶ Per tertiā speciem queritur/ qd est fortitudo in alio? ad qd dicendū ē q ipsa est in bonitate bona et magna in magnitudine: nā vna virtus p accidēs ē habit9 alteri9 virtutis. ¶ Per quartā speciē querit/ qd habet in alio? et respondendū est q habet in bonitate bonū actū: et in magnitudine magnū et c. et in iusticia iustū: sicut bonitasq est fortis in fortitudine. ¶ Per primā speciem regule d. querit/ fortitudo de quo ē? Ad qd respondendū est q ipsa est de actib9 superiorum potētiarū: videlicet de intelligere/ diligere et recolere. ¶ Per secūdā speciē querit/ fortitudo de quo ē? Ad qd respondendū est q ipsa est de suis tiuis et bilib9/ vt ipsa possit habere actū specificū. ¶ Per tertiā speciē qrit / fortitudo cuius est? Cui dicēdū est q ipsa est subiecti in quo ē/ eo q suū instrumētū est. ¶ Per primā speciē regule c. querit/ fortitudo qre est? et est respōdēdū q ipsa ē q habitus acqsitus est. ¶ Per secūdam speciē queritur/ fortitudo quare est? Et

respondendum est q ipsā est/ vt alie virtutes contra vitia victoriam habere possint. ¶ Per primam speciem regule f. q̄ritur/fortitudo q̄ta est? Ad qd dicendū est q ipsa est tanta q̄ta ipsa est habitꝰ acquisitus. ¶ Per secundā speciē queritur/fortitudo q̄ta est discretiue? Cui respondēdū est q ipsa h3 q̄titatem discretā p quā suū actū crescit aut decrescit. ¶ Per primā speciē regule g. queritur/ que est propria q̄litas fortitudinis? Ad qd dicēdū ē q virilitas/alositas cū qua est in sua continua q̄litate pmanēs: sicut homo in sua risibilitate. Et in isto passu cognoscit intellectus q essentia sua non crescit/neq3 decrescit. ¶ Per scdam speciē queritur/que est appropriata qualitas fortitudinis? Ad qd respondendum est q ē iusticia ꝛc. Nam sicut iusticia p fortitudinē est fortis: sic fortitudo per iusticia3 est iusta: et in isto passu cognoscit intellectus q virtus per appropriatam qualitate3 crescit/aut decrescit actū suū scdm q illa qualitas ē ei influxa. ¶ Per regulā h. querit/fortitudo q̄ consistit i tempore? Ad qd respondendū est q per illū modū qui significatur per regulam c.d.K. Nā per tertiā speciē c. est in subiecto mobilis ꝛ successiua secundum motū ꝛ successiōe3 subiecti i quo est. ¶ Per q̄rtā autē speciē habet nouitatem: ꝛ sic de alijs regulis suo modo. ¶ Per regula3 i. queritur/fortitudo vbi est? Et respondēdu3 est q ipsa est in victoria: sicut agens in effectu suo: sicut patet p tertia3 speciē regle c. Et sic de d.K. dici potest suo modo. ¶ Per primā regulā K. queritur/ fortitudo/quomodo est? Et ē dicendum q ipsa est per illū modū quē h3 in diffiniēdo se p alias virtutes/causando suas similitudines. ¶ Per secundam regulam K. queritur/fortitudo cum quo est? Ad quod dicēdū est q ipsa est cū principijs ꝛ diffinitionibꝰ aliarū virtutū ꝛ cū alijs virtutibus/ꝛ maxime cum potestate/voluntate/spe ꝛ charitate sine quibus esse non potest.

De temperantia per principia deducta.

De temrātia p principia deducta.



Temperātia subsistēs rōni bonitatis h3 bonū actum. ¶ Tēperātia cū magnitudine ē magna: ꝛ h3 magnū actū. ¶ Tēperātia q̄tomagis durat/tātominꝰ de labore h3. ¶ Temperātia absq3 potestate aliarum virtutum potestatem habere nō pōt. ¶ Temperātia p suū actū est scibilis. ¶ Tēperātia est amabilis i verbis ꝛ in expēsis ꝛ in mēsa. ¶ Tēperātia est illa virtꝰ q̄ frequentiꝰ ē necessaria. ¶ Tēperātia cū v̄itate causat actū suū. ¶ Tēperātia causat quietē/sanitatē ꝛ delectationē. ¶ Tēperātia semper distīguit inter maius ꝛ minus eligēdo equalitate3. ¶ Tēperātia cōcordat eq̄les res adinuicē. ¶ Tēperātia maxime cōtradicit gule. ¶ Tēperātia i principio oportet q sit fortis/vt sequat mediū/ꝛ per mediū sequat finis. ¶ Tēperantia est media mēsura diminuēdo magis/in augmentando minꝰ. ¶ Tēperātia cū fine quiescit in labore. ¶ Tēperātia cū maiore virtute ē maior. ¶ Tēperātia cū rebꝰ eq̄libꝰ crescit suū actū. ¶ Tēperātia cū minoritate laborat: ꝛ cum ea est infirma.

De tēperātia p reglas d̄ducta.

De tēperātia p regulas deducta.



Utrū tēperantia sit necessaria oibus virtutibus? Et respōdēdū ē q sic: vt virtutes habeant actꝰ tēperatos. ¶ Per prima3 speciem regule c. queritur/quid est temperātia? Respōdēdū ē q ē illa virtꝰ cum q̄ hō h3 actus tēperatos. ¶ Per secūda3 speciē regle c. q̄rit/tēperātia qd h3 in se coessentialiter? Ad qd respōdēdū est q ipsa h3 suos correlatiuos sine quibꝰ esse non pōt/cū q̄bus ē habitꝰ subiecti i quo est. ¶ Per tertiā speciē q̄ritur/tēperātia qd ē in alio? Et respondendū est q ipsa est in agēte mēsura q̄ cū ea mēsurat actꝰ suos tēpatos. ¶ Per q̄rtā speciē querit/ tēperātia qd est in alio? Cui respondendū est q ipsa h3 in principijs actū suu3/ ꝛ in iusticia iustū/ꝛ prudētia prudēte3/ ꝛ in fortitudine forte. ¶ Per primā speciē regule d. q̄rit/tēperantia de quo est? Ad qd respōdēdū ē q ipsa ē de similitudinibꝰ actuū a se: videlicet de sl̄itudinibus itelligēdi/diligēdi ꝛ recolēdi. ¶ Per secūdā speciē q̄rit/tēperātia de quo est? Ad qd rn̄dēdū est q ipsa est de actibus tēperatis imagīatiue/sensitiue/in subiecto i quo e. ¶ Per tertiā speciē q̄rit/temperātia cuiꝰ est? Ad qd dicēdū ē q ipsa est subiecti cuiꝰ est habitꝰ. ¶ Per primā speciē regule e. q̄rit/tēperātia q̄re ē? Cui dicēdū ē q ipa ē. Nā causata ē p tēpatū rōcinari/imagīari/sentire. ¶ Per scdam speciē q̄rit/tēperātia q̄re ē? Et rn̄dēdū ē q ipsa est: vt subiectū in quo est/habeat p eā actꝰ tēperatos. ¶ Per primā speciē regule f. q̄rit/temperātia q̄ta est discre

te? Ad qd respondendū est q ipsa hz q̄titatem discretā:cū qua crescit & decrescit suos actus. ¶ Per primā speciem regule g.queritur/q̄ est ppria qualitas temperantie? Ad qd respondendū est q est abstinentia. ¶ Per secūdā speciē queritur/q̄ est q̄litas appropriata temperātie? et respondendū est q̄ē bonitas / magnitudo / equalitas & iusticia. ¶ Per regulā h.q̄ritur/qn̄ temperātia ꝯsistit in tempore? Ad quod dicendū est q ipsa consistit p illū modū p quē subiectū in q̄ est cōsistit ...a/tēperātia existente habitu hz sub... suos act⁹ cū illa. ¶ Per regulā i.q̄ritur/temperātia vbi est? Et respondendū est q est in subiecto in quo est: sicut cappa in cappato/vel efficiēs in effectu. ¶ Per primā regulā K.q̄ritur/temperātia quō est? Ad qd respōdendū est q ipsa ē p illū modū p quem hō cū actibus superiorum potentiarū secūdū intelligere /diligere & recolere:temperat actus inferiorum potentiarum:videlicet imaginari/ affari/comedere &c. Et hoc signatur per regulā c.d.K. ¶ Per secūdā regulā K.q̄ritur/temperantia cum quo est? Ad qd respondendum est q ipsa est cum iusticia/prudentia &c.

De fide per principia deducta.

De fide p principia deducta.



Er analogiam oportet nos discurrere istud capitulū: vt videamus p quem modū fides est superius: & intellectus inferi⁹: et primo p bonitatem: qm̄ intellectus nō pōt tantum obiectare deū q̄tum ipse obiectabilis ē: iō diuina bōitas est rō deo q pponat se intellectui hūano/obiectādo & credēdo: hoc quidē intelligens bonū est: & tunc tēporis intellectus obiectat deum credendo ipsum esse vnū infinitū & eternū creatorē/ saluatorē:& huiusmodi. & hoc intellectus facit supra suā naturam: et talem obiectionē dicimus esse sanctam fidem admirabilem & bonā. ¶ Deus est magnum obiecum/& secūdū suā magnitudinem intellectus nō pōt ipsum naturaliter obiectare: idcirco deus magnificat intellectū: vt magnifice agat supra suā naturā simpliciter credēdo: et sic fides ascendit sup intellectū: sicut oleum ascendit super aquā. Nā qn̄ intellectus attingit deū esse vnū cū fide/credit magis esse vnum q̄ cum intelligere intelligat ipsum esse vnū: intellectus enim altior est per magnitudinem cum credere absq labore / q̄ cū intelligere cum labore. ¶ Fides durat per durationem a deo datā/intelligere aūt durat per scientiā acquisitā: vn̄ patet q fides est superius: sed intellectus est inferius: et qn̄ homo fide habituatus/ peccat p auariciā /aut luxuriā &c. Fides durat in subiecto sub portione/& cū difformitate. Nam subiectū nō est dispositū cum iusticia/prudentia &c. ¶ Sicut asinus qui nō est dispositus: vt serico sit indutus. ¶ Prima causa plus pōt q̄ secūdaria/& qn̄ secūda potest cū prima, tunc potest supra seipsā. Quapropter intellect⁹ pōt per primam causam credere in eam: sed qd potest p se/est intelligere deū & adiuuāte tamen credere ad suum intelligere: sicut dixit Esaias: nisi credideritis/nō itelligetis: sicut aliqs hō qui non erat philosoph⁹: et in posterū fuit philosophus/& qn̄ non erat philosophus/credebat deum esse: sed cum fuit philosophus intellexit deū esse. Et tunc intellectus ascendit ad illū gradum intelligendo/in quo erat credēdo. Verūtamen non dico q propter hoc fides destruatur: sed qr ipsa ascendit in altiorem gradum obiectando/plus credēdo deum esse/q intelligendo ipm esse: sicut oleū in vase in quo est supra aquā. Et qui adderet pl⁹ de aqua pdicto vasi/ aqua quidem ascenderet ad illum locū in quo erat oleum. Et deinde oleū ascēderet in altiorem locum in quo nō erat. ¶ Deus est intelligibilis per suā naturam. Et ipse causat q intellectus humanus intelligat multum per naturā/deo habituante illum de fide: vt ipse cum fide adiuuet eum ad intelligendum. Intellectus enim plus potest ascendere ad primum intelligibile: videlicet ad deum cum duobus habitibus/q̄ cum vno tātum: sicut ipse plus potest cum prudentia & fortitudine/q̄ cum prudentia tantum: quando intellectus intelligit obiectum primum/fides disponit ipsum intellectum ad intelligendum. Sicut charitas disponit voluntatem ad amandū obiectum primum. Et sicut voluntas nō posset amare obiectum primū sine charitate: sic intellectus non potest intelligere obiectum primum sine fide. Unde patet q sicut charitas non corrumpitur quando voluntas amat primum obiectum: sic fides non destruitur quando intellectus intelligit primum obiectum. Nam potentia non contradicit sue dispositioni communi. Per illam enim ascēdit et fortificatur. ¶ Fides est

virtus existens habit⁹ in intellectu: alioquin fides non posset esse virt⁹: neqꝫ habitus sicut charitas que non posset esse habit⁹/nisi voluntas esset ei subiectum. Et ideo sicut charitas facit ascẽdere voluntatẽ ad amãdũ obiectũ virtuose: sic fides facit ascendere intellectum ad intelligẽdũ obiectũ virtuose. ¶ Fides cum veritate est habitus intellectus: ꝛ iõ qñ intelligit obiectũ primũ cũ veritate ipꝫ intelligit. Nã absqꝫ veritate eum intelligere non potest. Et ideo veritas est principiũ fidei ꝛ intellectui cõmune: verũtñ fides in veritate est superius in credendo/intellectus autẽ inferius in intelligẽdo: et ideo quando intellectus ascendit in altiorẽ gradũ in veritate: ꝛ similiter fides ascendit i altiorẽ gradũ in ipsa veritate. Nã habitus est superius: sed habituatus est inferius: sicut homo cappatu ascẽdẽs in montẽ cuius corpus est inferius/ꝛ sua cappa in ipso superi⁹. Intellectus non põt intelligere deũ/nisi cũ labore: sicut homo ascendẽs in montẽ q̃ in illũ ascẽdere nõ potest/nisi cũ labore: sed cũ intellectus ascendit ad deũ cuꝫ fide non laborat: sed potius in illo se delectat credendo: et qꝛ potẽtia altior est sine labore q̃ cũ labore: idcirco intellect⁹ est altior credendo diuinã gloriã/q̃ intelligendo. Intellectus non distinguit credẽdo modaliter ꝛ necessarie: sed large ꝛ confuse: sed intellectus cũ intelligit vere necessarie quidẽ ꝛ inconfuse intelligit: ꝛ iõ intellectus in credẽdo est instantaneus: intelligẽdo aũt successiuus: quare patet ꝙ intellectus altior est in credẽdo/q̃ intelligendo: cuius rõne suus act⁹ est super sua natura credendo: sicut aq̃ est sup sua natura calefaciẽdo. ¶ Fides est habitus a deo datus: et sic a deo gubernatur: sicut a deo creat: vnde patet ꝙ intellectus nõ põt talẽ habitũ gubernare: nã super sua natura est: verũtamen disponit se vt succũbat ei: timẽdo deum offendere/non credẽdo in eum. Et sic oritur cõcordãtia inter intelligere ꝛ credere. Illa lex quecunqꝫ sit per fidem/oportet ꝙ sit vera. Sicut p̲ bonitatẽ oportet esse bonã: ꝛ per magnitudinem magnã ꝛc. Et ideo lex illa oportet ꝙ sit vera: I q̃ fides est altior in veritate: et magis contra peccata: et in isto passu cognoscit intellect⁹/ q̃ lex oportet ꝙ sit vera: aut lex christianorum: aut sarracenorum: aut iudeorũ. ¶ Fides in principio disponit intellectum ad intelligendũ: vt per regulã b. patet. Et qñ intellectus ẽ in aliquo gradu in intelligendo: fides disponit illum in illo gradu credendo: vt ascẽdat in aliũ gradũ intelligendo: et sic de gradu in gradũ: quousqꝫ intellectus ascendit ad primũ obiectũ: ꝛ in ipso quiescit intelligẽdo: sed maxime in via credẽdo. ¶ Fides est mediũ cũ quo intellect⁹ acquirit meritũ: ꝛ ascẽdit ad primum obiectum: qḋ quidẽ influit intellectui fideꝫ: vt ipsa sit intellectui vnus pes ad ascendendum. Et intellectus hꝫ alium pedeꝫ de sua natura: videlicet intelligere: sicut hõ ascendens scalã cuꝫ duobus pedib⁹. Et in primo scalone/primo ponitur pes fidei. Et in illo[…] pes intellectus[…]dendo gradatim. Et in secũdo scalone/primo ponit pes fidei: et deinde pes intellectus/ascendendo gradatim cũ prioritate fidei: ꝛ cum posterioritate intellectus: et similiter sicut in disputatione/primo ponitur dubitatio/deinceps affirmatio vel negatio. Credere nõ est finis intellectus/sed intelligere: verũtamen fides est suũ instrumentũ ad eleuanduꝫ suum intelligere cum credere: ꝛ ideo sicut instrumentum consistit inter causaꝫ ꝛ effectum: sic fides consistit inter intellectũ ꝛ deũ/influxa fide a deo in subiectũ: vt per ipsum quiescat in obiecto primo. ¶ Illa fides que est maior in bonitate/magnitudine ꝛc. et etiã in spe/charitate ꝛc. oportet ꝙ sit vera: sed fides ei contraria ꝙ sit minor ꝛ falsa. Alioquin principia positiua succũberẽt principijs priuatiuis: qḋ est impossibile. Et in isto passu cognoscit intellectus/que fides ẽ maior ꝛ verior illa habente maiorem virtutem ꝛ maius obiectum. ¶ Illa fides que pl⁹ credit esse equalitatem in rationib⁹ dei oportet ꝙ sit vera. Sed illa que ponit i illis inequalitatem oportet ꝙ sit falsa. in deo namqꝫ non est prius neqꝫ posterius: quia diuina bonitas / magnitudo ꝛc. sic oportet ꝙ habeant suos correlatiuos equales: sicut intellectus ꝛ volũtas habeant potentias equales. Et in isto passu cognoscit intellectus que fides est vera. ¶ Cum minore fide/intellect⁹ non potest eleuare suum intelligere/sed cuꝫ maiore. Et in isto passu cognoscit intellectus ꝙ suum maius intelligere non est contra suum maius credere: sicut in ascẽsu scale vnus pes non est contra alterũ: etiam in currere/vnus pes non est cõtra alterum.

De fide per regulas deducta.

De fide p regulas deducta.



Upposito q intellect⁹ possit intelligere de deo ea que p fidem potest credere: fides quidem destrueretur: ꝛ per consequēs meritū: sicut dicitur: fides non habet meritū/ cui hūana ratio prebet experimentum? Ad qd respondendū est q non. Ratio huius ē: qꝛ fides quidem ascendit supra intellectū: vt iam ostensum est: nam meritum fidei consistit prius. Meritum aūt intellect⁹ posterius: sed si essent in eodem gradu/ bene sequeretur qd dicis. ¶ Per primā specie regule c. queritur/ quid est fides? Ad quod respondendū est q ipsa est virtus a deo data: vt per ipsam credamus id quod per eam intelligere non possumus. ¶ Per secundā speciē querit/ quid habet fides in se coessentialiter? Et respondendum est q habet suos correlatiuos cum quibus est habitus. ¶ Per tertiā speciē querit/ quid est fides in alio? Ad qd dicendum est q ipsa est habitus in intellectu/ existens supra habitū quē ipse hꝫ per sciētiam: vt apparet p gustū gustantē vinū dolij quo iudicat quale ē ipsum vinū gustatū. Sed qꝛ possibile est vinū alterari in alio tēpore: iō intellect⁹ non hꝫ scientiā certā p intelligere: sed p fidē credit quod tale sit. ¶ Adhuc fides est in bonitate bona/ ꝛ in magnitudine magna ꝛc. ¶ Per quartā speciē querit/ quid hꝫ fides in alio? Et respondendum est ipsa hꝫ intelligibilitatē in intellectu: ꝛ hꝫ in volūtate amabilitatē: ab ipsa eñ amata est: ꝛ in memoria recolibilitatē: qꝛ ab ipsa recolita est. ¶ Per primā speciem regule d. querit/ fides de quo est? Et est respondendū q ipsa est de seipsa: eo qꝛ creatura est. ¶ Per secūdā speciē querit/ fides de quo est? Et est respōdēdum q ipsa est de suis tiuis ꝛ bilibus cū quibus ipsa est virtus specialis. ¶ Per tertiā speciē querit/ fides cuius est? Et est dicendū q ipsa est subiecti in quo est sicut cappa cappati. ¶ Per primā speciē regule e. queritur/ q̄re est fides? Et ē respondendū q est eo qꝛ sua cā est. ¶ Per secūdā speciē q̄rit/ q̄re ē fides? Et est respondendū q ipsa est vt intellectus per eā possit credere id qd p seipsum nō potest intelligere. Sicut imaginatio est: vt hō imaginetur id quod p sensum nō potest sentire. ¶ Per p̄mā speciē regule f. querit/ q̄ta est fides cōtinue? Et respondendū ē q ipsa est tāta q̄tum homo potest cū ipsa obiectare obiecta. ¶ Adhuc est continua/ eo qꝛ est habitus indiuisibilis. ¶ Per secūdā speciē q̄rit/ q̄ta est fides discrete? Ad qd respōdendū ē q ipsa est tāta quot sunt sui correlatiui quibus crescit aut decrescit suū actū. ¶ Per primā speciē regule g. querit/ que est propria q̄litas fidei? Et respondēdū ē q credulitas. Nulli enī alteri virtuti competit. ¶ Per secundā speciē querit/ que ē appropriata q̄litas fidei? Et respondendū est q sua bonitas/ magnitudo: ꝛ iste et rōnes alijs virtutibus cōpetunt: sicut et isti. ¶ Per regulā h. querit de tēpore fidei? Ad qd respōdēdū est per tertiā speciē regule c. q ipsa est in tēpore/ eo qꝛ in ipso est noua. Et p q̄rtā speciē c. ipsa hꝫ corruptionē in tpe/ qñ hō non credit de deo ea q̄ de illo credere solebat: ꝛ est resuscitādo in tēpore: qñ hō resurgit credēdo de deo ea q̄ credere solebant de illo. ¶ Adhuc est i tēpore: nā qñq hꝫ magnū actū/ qñq paruū. ¶ Itē est in tpe/ qñq eñ obiectat vnū obiectū/ qñq aliud. Et sic de regula d. k. dici pōt suo mō. ¶ Per regulā i. q̄rit/ fides vbi est? Ad qd respōdendum ē p scdam speciē regle c. q ipsa est in suis correlatiuis: et per tertiā speciē c. respondendū est q ipsa est in intellectu/ sicut habitus in suo subiecto: ꝛ sic de regula d. k. dici potest suo mō. ¶ Per primā speciē regule k. q̄ritur/ fides quo modo est? Ad qd respōdendū est q ipsa est per illū modū quē hꝫ primū obiectū in ponēdo se obiectū intellectui: et credēdo ipse intellectus obiectat ipsum supra suū intelligere. ¶ Per secūdā regulā k. querit/ fides cū quo est? Et est respondēdū q ipsa est cū potētia obiecto ꝛ actu. per intellectū quidē est cū potentia qui effectiue ꝛ moraliter vtitur fide: et est cū obiecto: videlicet cū deo sine quo eē non potest: ꝛ cū actu: videlicet cū credere: sed hic dubitat intellectus ipse q̄rendo/ qñ non credit: sed intelligit vbi ē fides? Ad qd rñdendū est q fides est in ipsomet intellectu/ eo qꝛ suus habitus est. Et tūc tēporis credere est in illo in potētia: sed reducit ad actū qñ intellect⁹ credit.

De spe per pricipia deducta.

De spe p principia deducta.



Pes ē habitus memorie: vt per ipsā memoria sperādo possit ascēdere ad p̄mū obiectū sicut intellect⁹ credēdo. ¶ Et primo de bonitate dicem⁹. ¶ Bonū ē memorie q recolat naturaliter deū q̄tum pōt: ꝛ qñ magis nō pōt naturaliter adiuuat spes moraliter/ deo obiectāte se me.

morie rōne sue bonitatis: ꝛ memoria sic
obiectā deuz supra suasvires sperādo/
sicut volūtas cū charitate ascēdit ad deū
amādo. Et hoc memorie valde est bonū.
¶ Memoria magis est magna per duos
act⁹ q̄ꝫ p vnū tantū: videlicet p sperare ꝛ
recolere/ q̄ꝫ per recolere tantū. Idcirco
magnitudo dei magnificat memoriā ho
minis / qn̄ hō magnifice se disponit ad
recolendū deū cū habitu spei: vt memo=
ria qn̄ non pōt eū recolere ꝙ possit euz
sperare. Et hoc memorie magnum est.
¶ Spes cū subiecti dispositione durat i
subiecto: videlicet cū recolere deuz rōne
sue bonitatis/magnitudis / eternitatis
ꝛc. Sꝫ qn̄ memoria nō se disponit ad re
colendū ꝛ pctm̄ est suus habit⁹: tūc spes
nō hꝫ subiectū i q̄ durare posset: ꝛ sic de=
ficit. ¶ Memoria cuz suo posse pōt reco=
lere: ꝛ silr cū posse dei mediāte spe pōt
sperare in deo: ꝛ sic analogice loquēdo/
posse spei est supius: posse aūt memorie
est inferius/ rōne cui⁹ posse existēs infe=
rius ascēdit ad obiectū cū posse existēte
supius: sicut posse intelligendi cuz posse
credēdi. ¶ Hō peccator intelligēs in ho=
ra sue mortis sua magna pctā/ ꝛ magnā
iusticiā dei: est circa desperationē cū in=
telligere ꝛ recolere. Sed spes q̄ est ha=
bitus memorie ascēdit ad diuinā miseri
cordiā/ deo obiectāte se peccatori habēti
spem. Et tūc peccator ꝓlōgat se ad de=
sperationē: hoc aūt facere nō posset/ nisi
spes esset habit⁹ memorie. ¶ Qn̄ hō est
in bello aut in mari cū magna fortuna:
aut hꝫ magnā indigentiā alicui⁹ rei: tūc
tpis sua volūtas est intantū remissa et
cōfracta ꝓpter nimiū timorē/ ꝙ ipsa nō
potest eleuare suum amare ad deū: sed
memoria obiectās deū cum spe excitat
voluntatē ad amandū illum cum chari=
tate. Et tunc voluntas cōfortatā ꝛ cōso=
lāta est per memoriā. Et sic de intelle=
ctu potest dici qui non inuenit aliud re=
medium/ nisi sperare in deo. ¶ Memo=
ria cum spe virtuosa est sicut voluntas
cum charitate. Et sicut voluntas est vi=
tiosa absq̄ꝫ charitate: sic memoria sine
spe. Quoniā memoria ꝛ voluntas sunt
inter se adinuicē coadiuuātes: ideo me=
moria cum spe adiuuat voluntatem: et
voluntas memoriam cum charitate: vt
ipe sint virtuose. Spes cum veritae est
vera / et cum falsitate falsa. Et in isto
passu cognoscit intellect⁹ ꝙ pctōr qn̄ pōt
fugere a pctō ꝛ nō vult: sꝫ ꝓponit exire:
tūc ipe credit habere spez ꝛ ipsam nō hꝫ.
¶ Spes enī cū pctō nō pōt participare
in subiecto. ¶ Peccator cuz spe hꝫ dele=
ctationē: sed absq̄ꝫ spe tristiciā ꝛ dolo=
rē. Nā cuz spe hꝫ amare: sine spe aūt hꝫ
odire. ¶ Et in isto passu cognoscit intel=
lect⁹ ꝙ pctōr cū spe ascēdit ad amandū:
sine spe descendit ad odiendū ꝛ despe=
rādū: ꝯuertēdo amare ꝛ sperare i odire
ꝛ desꝑare: tristiciā ꝛ dolorē q̄ sunt in tali
pctōre q̄s posset estimare e. ¶ Int̄ reco=
lere ꝛ sꝑare est differētia: sicut inter in=
telligere ꝛ credere ratio hui⁹ est: qꝛ spe=
rare est superi⁹: sed recolere est inferi⁹
recolere est actus naturalis: sꝫ sperare
est act⁹ supnaturalis. Sperare ꝛ reco=
lere ꝯueniūt inter se. Nā recolere dispo
nit sperare: supposito tn̄ ꝙ sꝑare sit cū
bonitate/ magnitudine ꝛc. Et sꝑare fa=
cit ascēdere/ recolere gradatiꝫ: vt sꝑare
p ascēsuꝫ recolēdi possit ascēdere. Sicut
cappa q̄ ascēdit in mōtē p ascensum cap
pati. ¶ Spes legitima ꝛ spes spuria op
ponunt̄/ intantū ꝙ in eodē subiecto sta=
re nō pn̄t. Nā alr̄ daret̄ oppositū in ob=
iecto. ¶ Spes legitima est illa q̄ est cuz
bonitate ꝛ veritate ꝛ hmōi: ꝛ est ꝯ mali=
ciam ꝛ falsitatē. Spes aūt spuria ē illa
q̄ cuz malicia ꝛ falsitate est ꝯ bonitatē/
veritatē ꝛc. Et i isto passu dolet memo=
ria q̄ tot pctōres recolit habituatos spe
spuria ꝛ difformata. ¶ In principio/ hō
sperās in deo est efficiēs: et spes est for=
ma. Et illa q̄ hō recolit/ sunt materia et
summū obiectuꝫ est finis/ recolere sub=
sistēte ad sperare. ¶ Spes est medium
existēs inter peccatorē ꝛ deū: eo qꝛ ipa ē
nunci⁹ amboꝝ/ deo influēte speꝫ pecca=
tori: ꝛ peccatore refluēte suū bonū ꝛ ma=
gnum recolere deo. Qn̄ peccator siue hō
indigēs recolēs deū sine spe inuenit re=
quiē in suo recolere. Ratio hui⁹ ē: qꝛ suū
recolere nō est in illo gradu in quo in=
uenit̄ reqes. Qn̄ aūt spes iūgit̄: tūc ascē
dit recolere cū spe ad illū gradū in quo
inuenit̄ requies. ¶ Illa spes q̄ est maior
rōne bonitatis magnitudinis/ est signū
ꝛ lumē vere fidei siue legis. Nā minor fi
des siue lex non pōt stare in maiori spe.
Sed maior spes stat in maiori fide siue
lege: alioqn esset dare oppositū in obie=
cto. Et in isto passu cognoscit intellect⁹
q̄s popul⁹ ꝯsistit in lege vera. ¶ Spera
re ꝛ recolere possunt esse inuicē in sum=
mo obiecto in eodē tpe: sed nō equalit̄
eo qꝛ sperare ē pri⁹: recolere aūt poste=
ri⁹. Sicut velle ꝛ amare in eodē tpe pn̄t
esse in vno ꝛ eodē subiecto. Amare tn̄ p
pri⁹/ ꝙ est habit⁹: velle aūt p posteri⁹/
qꝛ est habituat⁹ de charitate: sicut in al=
titudine mōtis i qua cappa ē supra cap=
patū. ¶ Memoria cū minoritate hꝫ reco

lere: cũ maioritate aũt sperare. Et ideo qñ appetit eleuare suũ recolere siue sperare: ill⁹ quidẽ appetit⁹ est difformat⁹. Accensus enim est de genere maioritatis. Et iõ memoria qñ credit ascendere/ ipa descẽdit. Et ĩ isto passu cognoscit intellectus per quem modum peccatores cadunt in desperationem. Potentia eñ cum minori habitu ascendere non potest: sed cum maiori.

De spe p regulas deducta.

De spe p reglas deducta.



triangulus per duodecim miliaria /ter quater causatur quadrangulus/quater tria. Et sic ostenditur per quem modum in motu nauis componitur triangulus et quadrangulus. Per modum quem dedimus de motu nauis per duodecim miliaria/potest nauta cognoscere q eundo p exaloch/per centum miliaria deuiatur nauis ab oriente per. 25. miliaria/naue admittente in quattuor miliarijs penes exaloch/vnum miliariū apud orientem/motu nauis prius existente per punctū deinde per lineam: et postmodū per triāgulum: et post per quadrangulum. Si nauis recedit a portu: et vult ire versus oriētem: sed cum vadit per meridiem: ipsa quidem deuiatur in duplo ab oriente respectu deuiationis quā facit: quando vadit apud exaloch. Ratio huius est: quia exaloch consistit in medio orientis et meridiei. ¶ Et si nauis vadit per lebeich: sed tamen vult ire penes orientem/causatur deuiatio in triplo. Et si vadit per occidētē/causatur in quadruplo. ¶ Ostēdimus modū per quem naute possunt arbitrari deuiationem loci ad quē intēdūt ire: et motus quē dedimus ei artis ad cognoscendū deuiationē/ostendendo principia generalia sine quibus nauis non potest esse in motu. Que principia sunt hec: videlicet punctus/linea/ triangulus et quadrangulus. Et diminutio vnius miliarij quattuor miliariorum penes exaloch et duorum octo miliariorum penes meridiem: et sic de alijs. ¶ Modo intendimus dare doctrinā et artē p quas naute sciant cognoscere in quo loco maris ē nauis: et hoc intendimus exēplificare/ostēdendo q̄tū distat vnus mons ab altero. ¶ Suppono q sit vnus mōs penes oriētem longe a portu in quo assistit nauis p 4. miliaria qui vocetur. l. talis mons: et q si alter mons apud exaloch/distans a portu per. 4. miliaria: et q ille mons vocetur m. Et q sit alter mons versus meridiem distans a portu per. 4. miliaria et q vocetur n. ¶ Ulterius suppono q sit alius mons penes meridiem distans a portu per. 8. miliaria: et q vocetur o. modo querit q̄tū distat l. ab m. et ab n. Et q̄tum distat o. ab l. et ab m. ¶ Ad primā questionem et secūdam respondemus sic. ¶ Figura habet quattuor triangulos/vt p se patet: et. 4. et. 3. componunt septem: vt triangulus et quadrangulus habeant cōpositionem: et. 7. diuiduntur in duas partes equales/qualibet habēte. 3. miliaria cum dimidio. ¶ Unde sequit q ab l. vsq ad n. sunt miliaria. 3. et dimidiū/m. existē te in medio l. et n. Ratione cuius distat l. ab m. per medietatē miliariū. 3. et dimidium. ¶ Ad tertiā questionē respondemus sic: de portu vsq ad o. sunt. 8. miliaria. et ab l. vsq ad n. 3. et dimidium: vt supra pbatū est: et sic multiplicāt. 11. et dimidiū. Quapropter apparet q l. distat ab o. per. 6. miliaria minus quarta: et sic soluta est tertia questio. ¶ Ad quartā questionē respondemus sic: de portu vsq ad o. sunt octo miliaria: et de n. vsq sunt duo miliaria minus quarta: et sic sequitur q m. distat ab o. per medietatem decem miliariorū minus quarta q̄ sunt. 5. miliaria minus octaua: et sic soluta ē q̄rta q̄stio. ¶ Secūdū q data est ars ad cognoscendum distantias existentes inter l. m. n. et o. motiū p miliaria supradicta: sic potes cognoscere distātias aliorū mōtiū per miliaria supradicta/multiplicādo miliaria p triāgulos et quadrāgulos. ¶ Quoniā sicut arithmeticus multiplicat numerum/numerando ter tria/et q̄ter quattuor: sic nauta potest facere simili modo. ¶ Declaratū est ergo p quē modū possunt cognoscere naute in quo loco maris est nauis/arbitrādo distantias penes trāsmontanā ad orientē/meridiem atq occidentē exaloch/lebeich/maistre et grech/respectu loci maris in quo consistit nauis. Et ista doctrina est facilis/breuis/et valde vtilis/et generalis/et particularibus applicabilis. ¶ Per regulam g. et per subiectū elemētatiue cognoscitur q si motus oritur ab oriente/ipse habet maiorē inclinationem penes exaloch q̄ penes grecum. ¶ Exaloch enim est humidus et calidus. ¶ Grecus autem frigidus et humidus/qui causatur a trāsmontana. ¶ Item si ventus dependet ab exaloch/ipse habet maiorem declarationem penes orientem q̄ ad meridiem: eo quia meridies est calidus et siccus: et sic de alijs suo modo potest dici. ¶ Adhuc nauta debet considerare qualitates aeris. Nam si aer est grossus et frigidus/iam significatum est q ventus oritur a transmontana. Si autem aer fuerit tenuis et humidus/signatum est q ventus egreditur ab oriente: sed si aer est humidus et subtilis/signatum est q ventus exit a meridie. Si vero aer est siccus, et frigidus/iam signatur q ventus procedit ab occidente. ¶ Nubes secundum colores quos habent signant ventos: sicut nubes rubea signat orientalē vētū: et si habuerit colorē aureū/signat vētū meridianū: et si habuerit colorē albū/signat vētū septētrionalē: et si ha

buerit colorē nigrū/signat ventum occidentalē. ¶ Nubes ſo quandoq est cō posita ex pluribus coloribus: et tunc signat mixtionē ventorū: ⁊ scōm q est magis de vno colore q̄ de alio/signat magis vnū ventū q̄ aliū. ¶ Pluuia quidē scōm illam partē egredit a qua ventum illius signat. Et sic de coruscationibus ⁊ tonitruo suo modo pōt dici. ¶ Fauonius aque maris motū ventorū circularem signat/vento habente talem assituationē: sicut limax siue testudo habet. Qui quidē ventus est assituatus circulariter vt aqua maris ascendat: sicut facit puluis subtilis sup terrā. ¶ Adhuc fibulonus sicut est coloratus/ppriū ventum signat: sicut in nubibus dictū est. ¶ De transmontana ⁊ ferro nō oportet loqui: nam de illis experientiā habemus: neq hic est causa querēda quare attrahit ferrum. Non enim hic est suus loc⁹: sed potius i naturalibus habet locū: naturali quidē competit ista petere ⁊ inquirere. Dum intellectus considerat qd supradictū est de nauigatione/ gaudet: q: valde de nauigatiōis doctrina habituat⁹ ē.

De conscientia.

Nonagesimaseptima forma de cōsciētia.



Onsciētia est forma cū qua intellectus affligit aiam de cōmissis/scōm qd in subiecto quarto signatum est: q scientia est forma actiua p intellectū: quo ad volūtatē est electiua: quo ad memoriā est conseruatiua: ideo qui conscientia bene vult vti / deducat ipam per nonū subiectū. ¶ Conscientia magna causat a diffinitiōe maioritatis: parua aūt a diffinitione minoritatis: tēperata autem et virtuosa a diffinitione equalitatis ⁊ virtutis. ¶ Consciētia oritur a possibili ⁊ intelligere: nō autem ab impossibili et ignorare. Et ideo tractabilis est cū diffinitione potestatis ⁊ intellectus. ¶ Consciētia deducta per principia et regulas est cognita: et maxime si est deducta per cōmixtionē principiorū. Nam quodlibet principiū declarat cā quo ad seipm: et quo ad alia principia/ ratione cuius conscientia clare causat. Et dat pro cōsilio/vt fiat cōtritio/⁊ confessio/⁊ satisfactio de commissis. ¶ Conscientia oritur a correlatiuis principiorū cum amore: ⁊ est in tertia specie cum timore ⁊ tristicia. In quarta autē specie subiectū in quo est/habet cum ipa passionem mediante scda specie regule e. Conscientia anteq̄ fiat peccatū/disponit iusticiā/prudentiā ⁊ fortitudinē: post aūt peccatum/ tristiciā ⁊ languores. Et ideo reducenda est ad diffinitionē principij ⁊ regulā b. ¶ Conscientia cum bonitate ⁊ magnitudine atq perseuerantia viuit. Sed cum malicia ⁊ paruitate ⁊ inconstantia moritur. Quapropter reducenda est ad diffinitionē bonitatis/ magnitudinis ⁊ durationis. ¶ Consciētia fortificatur cū primo subiecto/obiectādo ipm scōm q est discursū per principia ⁊ regulas. Et sic auget actum suū a qua oriunt contritio / ⁊ confessio/⁊ satisfactio. ¶ Adhuc per ipsam conscientiam/a corde suspiria oriuntur: ⁊ ab oculis lachrime: ⁊ ab ore orationes multe: ⁊ hoc p regulā i. signatū est. ¶ Consciētia cū iusticia diuina facit misericordias: ⁊ cū magnitudine ⁊ eternitate multiplicat illas: cū bonitate aūt/magnitudine/ ⁊ misericordia diuina mediāte / cū spe/⁊ penitentia dat consolationē hominibus ¶ Conscientia non dormit: nec etiā hominē dormire permittit/ ratione amissionis temporis ⁊ penitentie. Et idcirco vigilatio/oratio ⁊ diligentia cum timore sūt sue psanguinee siue ei vicine. ¶ Intellectus sic considerans/ cognoscit conscientiam sic discursam: q cōscientia sit discursa per principia ⁊ regulas/est impugnabilis ⁊ infallibilis: de cuius cognitione est valde gauisus.

De predicatione.

Nonagesimaoctaua forma de pdicatiōe.



Redicatio est forma cū q̄ predicator informat pplm ad bonos mores sequēdos ⁊ vitādos malos: ⁊ maxime si ille modus discursus fuerit per principia et regulas hui⁹ artis: ⁊ etiā p nouē subiecta: vt intellectus predicantis ⁊ audientiū abundet i magna materia: ⁊ talis predicatio valde vtilis et valde facilis est: sicut est valde artificiata ⁊ i magno subiecto edificata ⁊ collocata. ¶ Predicator sicut artificiat suū intelligere ad deducendū: sic dz artificiare suā volūtatē ad diligendā volūtatē audiētiū: vt sermo tantū valeat p existētiā/quātū valet p apparētiā. Et hoc p diffinitionē equalitatis intellect⁹ ⁊ volūtatis: vt in sermone intellect⁹ ⁊ volūtas eq̄liter descant: alioqn sermocinator in sermone suo ē habituat⁹ de vana glia. ¶ Predicator dz artificiare memoriā audientiū cū artificio sui sermōis artificiati: s; de subiecto pdicator predicat cōuincia i natura p subiectū/sicut iusticia dei ē magna. ¶ Misericordia dei est

magna: ⁊ vnā istarū est ita magna sicut altera/ratiōe cuius predicator debet existere in gaudio ⁊ timore/mediāte iusticia/prudentia ⁊ spe. Et talis habitus timoris ⁊ amoris audientiū/est valde rationabilis ⁊ amabilis: sicut est valde intelligibilis. ¶ Predicator sic debet agere in predicādo/sicut facit intellect⁹ in inueniēdo ea de quibus scientia est: intellectus enim facit scientiam de sensitiuis in imaginatiōe extra sensum. ¶ Adhuc facit scientiā de intelligibilibus in semetipso extra imaginationē. Sic predicator debet descendere ad sensum/dādo ei experientias sensibiles: ⁊ postmodum debet ascendere ad imaginationē/dādo ei experiētias imagiabiles. ¶ Adhuc deinceps ad intellectū ascendere debet/dādo ei experientias de intelligibilibus. Et sic de voluntate ⁊ memoria potest dici suo modo. Si aūt hoc non facit/suū quidē sermonē obscurat ⁊ cōfundit: eo qr in memoria audiētiū labilis est/in intellectu ignotus est/⁊ in volūtate neglectus talis predicator siue sermo.

¶ In euacuatione tertie figure da exēplum euacuandi cameras: ⁊ iō sermocinator debet euacuare/simili mō dictiones siue propositiones in themate positas. Et etiā debet querere mediuz faciēdi conclusiones per illū modum qui datus est in multiplicatiōe q̄rte figure: nā per talia intellectus audientiū firmior est per intelligere, q̄ per credere auctoritates sanctorū: eo qr credendo intellectus agit extra suū actū naturalem qui est intelligere. Nam vnūquodq̧ magis gaudens et contentum/est quando suo proprio actu vti potest: et sicut de intellectu dictū est: ita de volūtate ⁊ memoria dici potest suo modo. ¶ In geometria dicitur per quē modū facit demonstrationes. Similiter in arithmetica datr exemplum per quē modū arithmeticus numerat vnitates. ¶ Adhuc in rhetorica dictū est per quē moduz rhetoricus ornat sua verba: et ideo sermocinator in sermone suo debet habere habitum geometrie/arithmetice ⁊ rhetorice: vt ex illis sit habituatus et illuminatus/cuz quibus habituet et illuminet intellectum audientium. ¶ Predicator debet esse theolog⁹/vt sciat loqui de deo/⁊ etiā philosoph⁹/vt sciat effectum applicare ad primam causam discurrendam per subiecta c.d.e.f.g.i.k. signata. Et si p̄dicator hoc sciuerit facere/magnaz atq̧ latam materiam predicandi habebit. ¶ Predicator in sermone debet diffinire membra siue partes sui thematis ⁊ sui sermonis. Nam per diffinitionem populus cognoscit diffinitum. ¶ Adhuc debet cōsiderare per quē modū est discursa per principia ⁊ regulas/sicut datum est exemplum in centū formis. Et per talē modū intellectus predicatoris ⁊ audientiū habebit magnā requiē. Quoniā deus est cuz magnitudine intelligibilis/amabilis/⁊ recolibilis: idcirco predicator debet dare magnā noticiā de deo/vt multū intelligatur/ametur ⁊ recolatur: et hoc potest facere cū mixtione principiorum ⁊ regularū: ⁊ etiā cū primo subiecto. Si autem hoc non facit/suus quidē sermo imperfectus ⁊ labilis erit. Tria loca sunt quorum vnus est omnimode perfect⁹ absq̧ aliqua imperfectione: ⁊ iste est eterna ⁊ infinita gloria. Alt⁹ est totaliter imperfectus: ⁊ iste est infernus in quo est pena sempiterna. Tertius autem est partim perfectus ⁊ partim imperfect⁹: ⁊ iste talis/est iste mundus: et ideo predicator dz istos tres locos recitare/⁊ dclarare/⁊ dicere quid sunt/qd habēt in se/⁊ ꝓpter quid sunt/⁊ quā vtilitatē habent in se. Locus enim omnimode perfectus totaliter est amabilis/imperfectus penitus est odibilis. Qui autem partim perfectus/⁊ partim imperfectus/in parte q̄dem amabilis est ratione sue perfectionis/et in parte odibilis ratione sue imperfectionis. ¶ Dū sic intellectus ꝯsiderat/cognoscit per quem modum sermocinator potest suum sermonem reducere ad artē predicādi/vt artificialiter et facilius sciat facere sermones: sicut nos fecimus vnam partem sermocinandi in qua sunt centum et octo sermones constituti siue facti artificialiter.

De oratione.

Xcix. forma de oratione.



Ratio est forma cū q̄ orans loquitur de deo sanctifice. ¶ Qui bene vult orare/disponat se in bono scdʒ nonū subiectū. Nā deus dign⁹ est vt honoretur cum virtutibus: nō autem cū vitijs. ¶ Orator siue cōtēplator orat siue contemplatr deū ad similitudinē euacuationis tertie figure: sic vt ipsa oratio est signata in ipsa figura p euacuationē dicēdo sic. O dn̄e deus bone ⁊ magnifice: postq̄ in te tua altissima bōitas ⁊ magnitudo habēt altissimā cōcordātiā/distinguēdo ⁊ cōcordando naturaliter: et tua bonitas ⁊ magnitudo sunt i te rōnes: vt

producas bonū magnū naturaliter: sic
de tua altissima bonitate ⁊ magnitudie
ꝙ producas in mūdo moraliter siue effe
ctiue multa bona ⁊ magna/cum quibus
tuus populus sit bonus ⁊ magnus/te be
nedicēdo ⁊ magnificando/⁊ tecū concor=
dantiā habēdo. Quoniā tu dn̄e es essen
tia ⁊ substātia/i q̄ tua bōitas ⁊ magnitu
do hn̄t correlatiuosbonos⁊ ifinitos ad=
inuicem distinctos/ vt apparet in te. Qm̄
tu dn̄e es bonus: ⁊ magnꝰ creator: idcirco
placeat tibi ꝙ tuus populus sit in te bo
nus ⁊ magnus laudator ⁊ seruitor: vt tu
habeas populū tuū bonū ⁊ magnum in
moribus differentibus ⁊ concordantibꝰ.
¶ Orator siue cōtēplator postq̄ euacua
uerit camerā b.c. euacuet cameram b.d.
⁊c. O dulcissima bōitas/in subiecto eter
no existens distincta diffusione: atq̄ ab
omni cōtrarietate remota: ⁊ es de teip̄a
primitiua ⁊ eterna sine aliqua subiectio
ne: sic de tua benignitate⁊ eternitate ꝙ
defendas populū tuū a penis sempiter
nis. ¶ Cōtēplator siue orator postq̄ eua
cuauerit totā tertiā figuram ab vno die
in alium successiue: deinde transeat ad
multiplicationē quarte figure/cōtēplan
do ⁊ orādo ꝑ modū ipsius figure: videli
cet ꝑ colūnā b.c.d. ⁊ sic de aliis/cōsiderā
do mediū naturale existēs inter subie=
ctū⁊ predicatū: et dicat sic. O reuerenda
bonitas postq̄ naturaliter es bona bo=
no magno⁊ eterno in te/⁊ de te sine ali=
quo alio tibi preiacente: igitur habes ne
tuū populū in obliuione: videtur ꝙ sic.
Nam in mūdo plus est de maloq̄ de bo
no. ¶ Magnitudo quidē malicie magis
durat/q̄ magnitudo bonitatis absit do
mine: eo q: de tua benignissima bonita=
te ⁊ magnitudine fuit deducere tuū po=
pulū in tēpore: q: non erat: vt ip̄e in eter
nū te collaudaret/benediceret ⁊ magni
ficaret. ¶ Orator euacuet sic camerā b.
c.t.b. dicendo. Domine deus altissime/
tua bonitas magna est tibi ratio/⁊ bona
⁊magna ratio/distinguendo vt ꝓducas
bonū⁊ magnū a te distinctū correlatiue:
nō aūt quo ad essentiā bōitatis ⁊ magni
tudinis: eo ꝙ essentia tua vna est. Et q:
hoc ita ē: ergo tua altissima ꝓductio de=
scēdat ad nos benigniter⁊ magnifice no
bis declarādo ⁊ mōstrando bonum⁊ ma
luz: ⁊ in magnū bonum nos inducat: ⁊ a
magno malo nos defendat. ¶ Orator sic
orās/iā vnū obiectū obiectādo posset: si=
cut intellectꝰ q̄ nō pōt intelligere alias
species/dum intelligit illas q̄s inuenit.
¶ Et i hoc passu cognoscit intellectꝰ per
quē modū orator pōt cogere suā animā:
⁊ ligare illā cū summo obiecto artificia=
liter ⁊ continue dū orat. Et intellectꝰ re
cordatus ē artē philosophie amoris quā
fecimꝰ: q̄ esset bonū si associaret i ꝓdictam
orationē/siue cōiūgeret cū ea. ¶ Amplꝰ
orator imploret ⁊ bn̄dicat deū ꝑ illū mo
dū ꝑ quē deus ē discursus in primo sub=
iecto. Deus eni non exaudit peccatores
cōtra suas rōnes: neq̄ etiā cōtra earum
relatiōes: q: iniuriaret sibiipsi: qḋ ē im=
possibile. ¶ Et in isto passu cognoscit in
tellectꝰ ꝙ cū peccator orās sine ꝯscientia
⁊ cōtritiōe nil boni ip̄etrat oratiōe sua/
also eū deridet ⁊ blasphemat. ¶ Iterum
cōtēplator siue orator rogat deū secūdū
qḋ ipse ē prima cā/subiectis designatis
per c.d.e.f.g.i.h. ⁊ etiā ꝑ k. quo ad virtu
tes. Nā ꝑ cognitionez cause cognoscitur
effectꝰ: ⁊ ecōuerso. ¶ Et in isto passu co=
gnoscit intellectꝰ ꝙ subiectuz orationis
ē valde magnū ⁊ diffusum. ¶ O orator/i
tua oratiōe dilige plus deū q̄ teip̄m
⁊ etiā q̄ alia: et si hoc facis/iustus es et
prudēs: ⁊ de charitate ⁊ sanctitate habi
tuatus. Qui habitus est amicus tuus in
oratiōe/intantum ꝙ mediante ipso tua
oratio venit ad ꝑfectionē. Si aūt hoc nō
facis/nullū quidē amicū habes: imo deꝰ
est tuus inimicꝰ: eo q: eis iniuriā facis.
¶ O orator/qn̄ orabis ꝓ cōmissis/iusti=
ciā dei tecū teneas diligēdo: nō aūt odiē
do: q: si sic/misericordia dei non posset
esse tua amica: eo q: iniustꝰ esses: ⁊ tuus
habitꝰ esset crudelis: ⁊ a spe/⁊ charitate
ꝓlongatꝰ: ⁊ etiam tuuz amare in odire
esset puersum: de quo odire esses in eter
nū habituatꝰ. ¶ O cōtēplator siue orator
si non potes intelligere ⁊ attingere alti=
tudinem diuinarum rationum ⁊ suoruz
actuū: ora credēdo. Nā vltra posse/nullū
reprehēsibile ē. Uerūtn̄ tale intelligere
est possibile. Tale aūt credere i tua ora
tione erit tuꝰ amicꝰ: ⁊ maxime tuū intel
ligere: si ipsum hr̄e potes. ¶ O orator/in
tua oratiōe excita tuā cōsciētiā: ⁊ discur
re ipsam ꝑ principia ⁊ regulas: et si hoc
facis/cū ea ip̄etrabis ꝯtritionē. Et si dis
curras ꝯtritionē ꝑ principia ⁊ regulas/
impetrabis motū a corde a q̄ egredient
gemitus ⁊ suspiria: ⁊ a corde ad oculos
aqua ascēdet/madefaciēdo tuā faciem ⁊
tuas manꝰ ⁊ vestes: et illā aquā senties
calidā: q: a calido⁊ feruēte fonte oritur:
et illa aq̄ sancta ꝓcurabit tibi confessio=
nē. Et si ꝯfessionē discurris ꝑ principia⁊
regulas/ipsa ducet te ad satisfactionē ⁊
penitētiā: q̄ quidē cōiūget te cū deo i glo
ria sempiterna. ¶ O orator/i tua oratio
ne cōsidera aduersitates ⁊ ꝓsperitates

quas dedit tibi per suũ amorẽ. aduersitates/vt habeas patientiã sub sua iusticia. prosperitates/vt habeas charitatez sub sua gratia. Et postq̃ p vnũ ꝛ eũdez amorez sunt tibi date ꝓsperitates ꝛ aduersitates/benedic/lauda ꝛ dilige diuinũ amorẽ: ꝛ ei gratias q̃plurimas redde. Nã cũ reali amore deus ipsas in te amat: et si tu eas in deo amas/tu⁹ amor procurabit quidẽ in gloria eterna sempiternũ amare. ¶ O orator si tu⁹ itellect⁹ ẽ impeditus p tuũ sensuz ꝛ imaginationẽ/ ascẽde ad primũ subiectũ/orãdo: ꝛ discurre teipsum extra sensum ꝛ imagiatione. Aut si vis descendere/ora mediãte sensu ꝛ imaginatiõe/discurrẽdo orationẽ p subiecta designata p g. Et tũc tẽporis vi debis q̃ forme inferiores nihil possunt cõtra superiores in oratiõe: et de ista doctrina multũ gaudet intellect⁹. ¶ O orator/discurre p nonũ subiectũ tuã oratiõnẽ/intelligẽdo/amãdo/ꝛ recolendo/ꝛ timendo/sperãdo/ꝛ gratias reddendo: et non quiescas donec a corde tuo suspiria egrediant: ꝛ lachryme emanẽt: si autem absq̃ p̃dictis deficas/iã bonus ꝛ magn⁹ orator es. ¶ O orator adiuua te cũ hoc qd̃ dictũ est in centũ formis/discurrẽdo vnã formã: ꝛ postmodũ aliaz: ꝛ discurre q̃libet formã p principia ꝛ regulas: et sic habebis magnũ subiectũ ad inueniẽdũ multas nouas orationes. ¶ O orator ora pro populo. Naz vniuersalis oratio multũ placet deo: deinde ora ꝓ te: ꝛ pro amico tuo: ꝛ ꝓ mortuis. Et hoc artificialiter: vt supradictũ est: vt tuã aĩa de bõa ꝛ magna oratiõe sit hituata: ꝛ cũ tali habitu sit cũ deo p̃cit⁹ ligata ꝛ ꝯcatenata.

De memoria per principia deducta.

Cẽtesima forma de mẽoria p principia deducta.



Uonia memoria ẽ ita pfectã potẽtia: sicut intellect⁹ ꝛ voluntas /de quibus pfecte p̃tractauimus in mixtiõe principiorũ: iõ de ipsa hic volumus tractare pfecte/discurrẽdo ipsaz p principia ꝛ regulas: vt illã pfecte cognoscamus: et etiã vt demus doctrinã: videlicet q̃ sicut eã discurrem⁹ p principia ꝛ regulas: sic q̃libet forma cẽtũ formarum põt discurri p pricipia ꝛ regulas. ¶ Memoria sicut ẽ bona naturaliter p bonitatez: sic moraliter sua bonitas est ei rõ q̃ recolat bonũ recolibile obiectiue. ¶ Memoria p magnitudinẽ ẽ magna rõne cuius sua magnitudo est ei rõ q̃ agat magnũ recolere/cũ quo recolat magnũ recolibile siue obiectũ qd̃ idẽ est: sicut cappatus hʒ vnũ habitũ p cappã/ꝛ p tunicã aliũ cũ qua est tunicat⁹: sic memoria per durationẽ hʒ vnã cõditionẽ: et p potestatẽ aliã. Nã p durationẽ facit durare suũ recolere: ꝛ tractat õ p̃terito: ꝛ p ptãtẽ hʒ aliã ꝯditionẽ: ꝛ tractat õ possibili. ¶ Memoria vnã cõditionẽ hʒ cũ itellectu: ꝛ aliã cũ volũtate. Nã p intellectũ recipit species desideratas aut oditas: et p illum modũ p quẽ recipit species a volũtate/p eũdẽ modũ ei reddit. ¶ Memoria est habitus virtuosus naturaliter /eo q̃ naturaliter recolit obiectũ virtuose/moraliter hʒ habituz virtuosuz. Qñ aũt recolit habitũ vitiosuz/hʒ habituz vitiosuz per accidẽs. ¶ Memoria p veritatẽ ẽ vera: ꝛ p eã vere attingit obiectũ recolendo: qñ attingit ipsuz respectu finis /est habit⁹ iustus ꝛ verus: qñ autẽ attingit obiectuz cõtra finẽ vltimũ/ẽ habit⁹ iniustus ꝛ falsus. ¶ Et i isto passu cognoscit itellectus per quẽ modum causantur virtutes ꝛ vitia. ¶ Memoria cum gloria habet delectationẽ/recolẽdo: ꝛ cũ pena habet tristiciam. Item quando appetit recolere: et nõ potest recolere/hʒ penam cum qua ẽ habit⁹ passiuus ꝛ priuatiuus. ¶ Memoria cum differentia recolit diuersimode obiecta: nam sicut intellectus cognoscit differentias obiectorum: sic memoria recolit illas. Ratio huius est: quia differẽntia est ita generale principium siue instrumẽtuz memorie sicut intellectui. ¶ Memoria ratione concordantie cõcordat in obiecto cum intellectu et voluntate/recolendo obiectum / intellectum/et amatum / aut oditum/vt obiectum patiatur per istas potentias in eodez tempore. ¶ Memoria cum contrarietate cõtradicit quandoq̃ intellectui ꝛ voluntati /non reddendo eis species quas appetunt recuperare: quia non est disposita ad reddendum species: aut intellectus ꝛ voluntas nõ appetunt recuperare: q̃ memoria nõ reddit eis p illum modum p quẽ intellectus ꝛ volũtas tradiderũt ei: aut intellectus est lẽtus: ꝛ volũtas nimis p̃pta/ꝛ ecõuerso: aut intellect⁹ appetit vnã speciẽ/ꝛ voluntas aliaz. ¶ Bõ in principio agit recolẽdo: ꝛ memoria ẽ sua forma siue instrumẽtũ cũ quo recolit obiectũ: et ipsum obiectũ est subiectũ siue materia: recolẽs aũt ẽ suus finis: et qñ ipsum recolere impedit/memoria q̃dẽ patit/ꝛ ꝯsequẽs agẽs. ¶ In memoria memorari est medium inter memorantem et memoralẽ/cũ quo memorãs/

memorabileq; coniungunť: supposito ꝙ mensuratio fit per rectã lineã equaliter terminatã inter memorantẽ ⁊ memorabilem. ¶ Termini memorie sunt tres: videlicet potentia/obiectum ⁊ actus: extra istos/ memoria non habet posse. Et ꝑ finem priuatiõis/ memoria est habit⁹ priuatius: sicq; deficientibus actu ⁊ obiecto ad eã: sicut deficientib⁹ luce ⁊ colore ad oculos: finis aũt vltim⁹ memorie est recolere recolibile. ¶ Memoria rõne maioritatis vna est maior alia per essentiam siue per quãtitatẽ. vna eñi memoria hʒ maiorẽ actũ q̃ alia. ¶ Ulterius qñ memoria habet maiorẽ actũ/ipsa quidẽ est maior habitus/non dico ꝙ sua essentia crescat aut decrescat: eo q: nõ est diuisibilis neq; corruptibilis: cum sit potẽtia spũalis: sed cũ homo agat cum memoria ad placitum. Et sic tñ ea quãdoq; recolit multũ: quandoq; paruũ. ¶ Memoria naturaliter ⁊ equaliter existit inter intellectũ ⁊ voluntatem: vt equaliter recipiat ⁊ reddat species intellectas ⁊ dilectas: verũtamẽ quãdoq; recipit species dilectas nõ intellectas. Et hoc est qñ credit/⁊ non intelligit ratione placiti agẽtis: qui magis desiderat credere q̃ intelligere. ¶ Memoria cũ minoritate est circa nihil: vñ sequiť ꝙ qñ ipsa obliuiscit/ est habit⁹ priuatiuus rõne minoritatis.

De memoria per regulas deducta.

Decima quinta ps decie partis principalis de memoria ꝑ regulas deducta.

Queritur/vtrũ memoria citi⁹ recipiat species ab intellectu q̃ a volũtate? Et rñdendũ est ꝙ affirmatio huius est/eo q: intellectus facit scientiã: ⁊ volũtas hʒ deliberationẽ rõne sue libertatis. ¶ Per primam speciẽ regule c. queriť/q̃d est memoria? Et dicendũ est ꝙ est potẽtia cui ꝓprie competit recolere. ¶ Per scdam speciẽ queriť/quid habet memoria in se coessentialiter? Ad qd dicendũ est ꝙ ipsa habet suos correlatiuos: videlicet memoratiuum/memorabile et memorare. ¶ Per tertiã speciẽ queriť/memoria q̃d est in alio? Et est dicẽdum ꝙ ipsa est in bonitate bona obiectiue/ supposito ꝙ intellectus ⁊ volũtas quiescãt in illo obiecto. Et est i malicia mala/posito ꝙ voluntas diligat illũ malũ. ¶ Adhuc memoria est in subiecto habitus cũ quo custodit sciẽtiã. ¶ Per quartã speciẽ queritur/q̃d hʒ memoria in alio? Cui rñdẽdũ est ꝙ hʒ in bono obiecto bonitatẽ/et in magno magnitudinẽ ⁊c. cũ hʒ actũ in subiecto ⁊ in obiecto. ¶ Per primã speciem regule d queriť/memoria de quo est? Et est rñdendũ ꝙ est de seipsa: nam creata est. Et ipsa quidem nõ est genita: nec facta ex aliquo ei preiacente. ¶ Per scdam speciẽ queritur/memoria de quo est? Ad qd dicendũ est ꝙ est de suis specificis materia ⁊ forma / cũ qu⁹ agit per suam speciẽ. ¶ Per tertiã speciẽ eiusdẽ regule queriť/memoria cui⁹ est? Et respondendũ est ꝙ ipsa est subiecti in quo est: sicut pars est sui totius naturaliter aut moraliť/sicut cappa cappati. ¶ Per primã speciẽ regule e. queriť/ memoria quare est? Ad qd rñdendũ est ꝙ ipsa est cõstituta ex sua forma ⁊ materia. ¶ Per scdam speciẽ eiusdẽ regule queriť / memoria q̃re est? Ad qd dicendũ est ꝙ illa est/vt entia sint recolita. ¶ Adhuc est vt de ꝓteritis hõ possit habere sciaʒ. ¶ Per primã speciẽ regle f. queriť/vtrũ memoria habeat quãtitatẽ cõtinuã: cũ ipsa non sit linealis? Cui rñdendũ est ꝙ sic. q:(?) ipsa potẽtia spũalis ⁊ finita est ⁊ indiuisibilis. Omne q̃dẽ ens finituʒ est q̃tũ. Et si aliqd ens spũale ẽ finitũ/ꝓʒ q̃dẽ est q̃tum: quare ptʒ ꝙ memoria hʒ q̃titateʒ ꝯtinuã. ¶ Per scdam speciẽ queriť/vtrũ memoria habeat q̃titatẽ discretam? [illegible] rñdendũ est ꝙ sicut ꝑ differẽtiam suos correlatiuos supradictos habere possit: ꝑ memoratiuũ eñi hʒ vnũ correlatiuũ: ⁊ per memorabile hʒ alterum. ⁊ per memorare habet alteruʒ. Qui autem dicit memoriã nõ habere istos correlatiuos/ dicit quidẽ eã esse vacuatã ⁊ indigenteʒ natura sua: qd est impossibile: quare ptʒ ꝙ memoria hʒ q̃titateʒ discretam rõne correlatiuoꝝ. ¶ Per primã speciẽ regle g. queriť/ que est ꝓpria qualitas memorie? Et rñdẽdũ est ꝙ ẽ sua recolibilitas sicut in hoie risibilitas. ¶ Per scdaʒ speciẽ queriť/q̄ est appropriata q̃litas memorie? Ad qd rñdẽdũ est ꝙ ẽ habit⁹ moralis: videlicet iusticia/spes ⁊c. aut iniuria ⁊c. aut grãmatica ⁊c. aut militia ⁊c. aut agricultura ⁊c. ¶ Per regulam h. queritur/vtrum memoria sit in tempore? Et respondendum est ꝙ sic: eo quia noua est mediante motu subiecti in quo est: sicut anima mota in corpore mobili. Et sic de alijs speciebus regule h. potest dici suo modo / quas habet per c.d.R. designatas: quarum declarationẽ dimittimus artiste bene intuẽti causa breuitatis. Cum memoria non habeat superficiem/queritur vtrum ipsa sit in loco? Et respondẽdum est ꝙ sic: sicut pars in suo toto sine cõtactu: sicut in corpore ele

mētato in q̄ sunt elemēta cōposita absq contactu: cōtactus quidē impedit cōpositionē: vt p3 in monte denarioꝝ ⁊ lapidum: qui quidē nō est cōpositus sed aggregatus. ¶ Querit̃ per primā speciem regule K. quomodo posset homo disponere memoriā ad recolēdū ꝙ ipse optat recolere: ⁊ nō pōt illō recolere? Et rñdēdū ē ꝙ modꝰ ↄsistit in h: videlz ꝙ hō applicet diffinitiones principioꝝ ⁊ species regulaꝝ ad similitudines quas optat recolere. Nam sicut intellectus per similitudinē attingit similatū: sic memoria p similitudinē recolit obiectū desideratuz. Nam si q̄s videt aliquē hoiem similē filio suo/ipse tam cito recolit filiū suū per similitudinē illius. ¶ Per scđam specieʒ K. querit̃/memoria cum quo obliuiscit̃? Ad qđ rñdēdū ē ꝙ cū minoritate discursa per oia principia ⁊ species regularū. Nam sicut maioritas causat habitū positiuū: sic minoritas ꝑuatiuū suo modo. ¶ Dictū ē de centū formis: et data ē doctria p quā artista sciat discurrere quālibet formā per principia ⁊ regulas huiꝰ artis. Et in fine formarū ostensum est p quē modū artes liberales per hanc artē faciliter addisci possunt.

¶ Undecima pars principalis.

De vndecima parte principali que est de questionibus.

Rubrica vndecime partis principalis.



Ec pars in sex partes siue loca diuidit̃. ¶ Pria pars ē de q̄stionibꝰ quas faciemꝰ p tabulā. ¶ Scđa pars est illa quā faciemus de q̄stionibus per euacuationem tertie figure. ¶ Tertia pars est quā faciemus de questionibꝰ per multiplicationē q̄rte figure. ¶ Quarta est de questionibꝰ quas faciemꝰ p mixtionē principioꝝ. ¶ Quinta est de q̄stionibꝰ q̄s faciemus p nouē subiecta. ¶ Sexta est de q̄stionibꝰ centū formaꝝ. Uerūtamen de q̄stionibꝰ aliq̄s soluemꝰ ⁊ aliq̄s trāsmittemꝰ ad loca huiꝰ libri: in qbꝰ solutiōes earū sunt implicate et signate: ⁊ in illis quas soluemꝰ/docebimꝰ practicā huius artis: ⁊ dabimus doctrinā ad soluendū alias q̄stiones peregrinās que p̄nt solui scđm modū per quē soluemꝰ alias questiones. ¶ Ratio quare transmittemus aliquas questiones ad sua loca est: quia euitamus prolixitatē: ⁊ q2 illi qui sciunt istam artē poterūt illas soluere per eam loca in quibus solutiones earū sunt implicate. ¶ Item dicimus ꝙ per questiones quas faciemus/dabimus doctrinaʒ ad faciendū questiones/abstrahēdo illas a significatis regularum.



N tabula sunt. lxxxiiij. colūne: ⁊ q2 euitamus ꝓlixitatē ideo nolumꝰ facere q̄stiōes. de oibus colūnis: sed tantūmodo. de septē colūnis per q̄s dabimus doctrinaʒ ad faciendū ⁊ soluendū q̄stiones per oēs colūnas tabule.

De questionibus prime columne. B.C.D.T.

Pria par[s] vndecime partis pri[n]cipalis d[e] q̄stionibꝰ prime columne. B.C.D.T.



Er istā columnā iam fecimus questiones: vt p3 in tabula: in qua probamꝰ ꝙ mundus non est eternus. Sed vt videat̃ ꝙ columna est generalis/volumꝰ iterare eā/abstrahēdo ab ea aliquas questiones. Et sicut ipsa ē generalis: sic alie columne sunt generales. ¶ Per camerā b.c.d. querit̃/vtrum sit aliqua bonitas infinita ⁊ immensa per bonificationem/sicut eternitas per durationē? Et rñdendū est ꝙ sic: alioquin eternitas nō esset tota bona/neq3 tota magna: qđ est impossibile. ¶ Querit̃/quid est infinita et immensa bonitas? Et rñdendū est ꝙ est essentia habēs in se multos/infinitos ⁊ immensos correlatiuos per scđam speciem c. signatos. ¶ Querit̃/infinita ⁊ immensa duratio de quo est? Et rñdenduʒ est p primā ⁊ scđam speciē regule d. ⁊ p scđam regule c. Et ad hoc testat̃ regula b. ꝙ ipsa est de correlatiuis eternis bonitatis ⁊ magnitudinis/sine qbꝰ eternitas non posset esse infinita et immensa b.c.t.b. ¶ Utrū bonitas possit esse magna sine distinctione? Et respondenduʒ est ꝙ non: eo q2 non esset naturaliter ratio bono ꝙ ageret bonum: cum in omni agere oporteat esse distinguere. Queritur/quid est magna distictio bonitatis? Et respondendum est ꝙ illa est de suis correlatiuis in quibus est substentata: ⁊ cum quibus habet naturam: ⁊ est essentia pfecta b.c.t.c. ¶ Utrū bonitas possit esse magna sine concordantia? Et re-

spondendū est ꝙ nō. Nā sicut cōtrarie=
tas se habet ad nō esse: sic concordantia
ad esse. Querit̄/quid est magna magni=
tudo bonitatis? Et rñdendū est ꝙ est vt
ipa habeat correlatiuos ei naturales b.
c.t.d. ¶ Querit̄/vtrū angelus sit maior
celo? Et rñdendū est ꝙ sic. Ratio huius
est: qꝛ angelꝰ habet correlatiuos cū qbꝰ
obiectat deū: celū vero nō. ¶ Querit̄/qd
est magna cōtrarietas celi? Et rñdendū
est ꝙ est immobilitas quā habet/posi=
to ꝙ ipm nō moueat se. Sicut ignis ha=
beret magnā cōtrarietatē: si per suā le=
uitatē nō posset per semetipm se moue=
re. ¶ Queritur de quo est magnus mo=
tus celi? Et rñdendum est ꝙ est de suis
correlatiuis per scḋam speciē regule c.
designat̄ b.d.t.b. ¶ Utrū ī eternitate sit
differētia? Et rñdendū est ꝙ sic: vt ipsa
possit habere suos correlatiuos sine qbꝰ
non haberet naturā/neqꝫ bonitatē infi=
nitam. ¶ Querit̄/bonitas motus celi de
quo est? Et rñdendū est ꝙ ipsa est de se=
ipa: vt per suos correlatiuos signatū est
b.d.t.c. ¶ Utrū diuina bonitas et diuina
magnitudo concordent? Et rñdendū est
ꝙ sic: nam sine concordātia diuina boni=
tas nō haberet infinitā magnificationē
neqꝫ diuina magnitudo infinitam boni
ficationē. ¶ Querit̄/quid est magna cō=
cordātia diuine eternitatis ⁊ diuine bo=
nitatis? Et huic dicendū est ꝙ est essen=
tia suorū correlatiuorū: videlicet bonifi=
catiui/eternificatiui q̄ ꝯueniunt in vno
nūero: ⁊ bonificabile ⁊ eternabile ī alte=
ro: ⁊ bonificare ⁊ eternare ī altero. et isti
tres ꝯueniūt ī vna eēntia bōitat̄ ⁊ eter=
nitatis essentialiter b.d.t.d. ¶ Utrū īter
diuinā bonitatē ⁊ eternitatē sit ꝯrietas?
Et rñdendū est ꝙ sic/supposito ꝙ eter=
nitas impediat bonitati actum suum: ⁊
ecōuerso: qḋ est impossibile. ¶ Supposi=
to ꝙ inter diuinā bonitatē ⁊ eternitatē
esset cōtrarietas: querit̄/illa ꝯtrarietas
de quo esset? Et rñdendū est ꝙ ipa esset
de principijs priuatiuis existētibꝰ cōtra
correlatiuos positiuos bonitatis ⁊ eter=
nitatis: qḋ est impossibile: ⁊ contradictio
manifesta b.t.b.c. ¶ Utrū in simplici es=
sentia bonitatis possit existere differen=
tia ⁊ concordantia? Et rñdendum est ꝙ
sic/posito ipa bonitas habeat suos cor=
relatiuos per scḋam speciē c. signatos:
qui quidē per differentiā sunt plura: et
per cōcordantiā sunt idem per essentiā.
¶ Queritur quid sunt differentia ⁊ con
cordantia in essentia bonitatis? Et re=
spōdēdū est per tertiā speciē regle c. ꝙ
ipse sūt id qḋ ipe sunt: adhuc sunt ipsa=
met bonitas b.t.b.d. ¶ Supposito ꝙ
mūdꝰ sit eternꝰ: vtrū ī sua bonitate pos=
sent eē inuicē differētia et ꝯtrarietas? Et
rñdendū est ꝙ non: nulla eñi bona diffe=
rentia coram cōtrarietate eterna stare
posset. queritur/bona differētia de quo
est? et rñdendum est ꝙ ipsa est de corre=
latiuis per scḋam speciē d. designatis b.
t.c.d. ¶ Supposito ꝙ mundus sit eter=
nus: vtrū in sua bonitate eterna possint
esse inuicē concordātia et contrarietas?
Et rñdendum est ꝙ nō: aliter eñi concor
dantia haberet bonum actū concordan=
di ⁊ contrariandi ab eterno ⁊ in eterno:
⁊ etiam contrarietas: qḋ est impossibile.
queritur quid est magna ꝯtrarietas bo
nitatis? et rñdendum est ꝙ est videlicet
ꝙ bonitas sit in subiecto naturali/qḋ sit
habituatum de morali malicia: sicut in
hoīe peccatore c.d.t.b. queritur quid est
magna differentia eternitatis? ⁊ rñden
dum est ꝙ est illa quā habet eternitas
per suos correlatiuos. queritur magna
differentia eternitatis de quo est? et re=
spondendū est per primā speciē regule
d. ꝙ ipsa est de seipsa. Nam eternitati
nulla causa potest esse preiacens c.d.t.c.
queritur/quid est magna cōcordātia ce
li? Et respōdendum est ꝙ sui correlatiui
cū quibꝰ est hoc qḋ est: ⁊ mouet seipm.
Querit̄ magna cōcordantia celi de quo
est? Et rñdendum est ꝙ ipsa est de suis
correlatiuis cum quibꝰ habet motum/
⁊ naturā: ⁊ mouet ⁊ naturat omnia cor
pora inferiora c.d.t.d. Queritur/quid
est magna contrarietas prudentie ⁊ lu=
xurie? et rñdendū est ꝙ est moralis con=
trarietas. queritur de quo durat mora=
lis contrarietas? Et rñdendū est ꝙ ipsa
durat de habitibus positiuis ⁊ priuati=
uis ad inuicem resistētibus in subiecto
in quo simul non possunt stare c.t.b.c.
¶ Utrum iusticia ⁊ prudētia habeāt ma
gnam differentiā ⁊ concordantiā? et re=
spondendum est ꝙ sic: eo qꝛ causant ma
gnos actus per magna merita. ¶ Que=
ritur/quid est magna differentia ⁊ con=
cordantia iusticie ⁊ prudentie? et respon
dendum est ꝙ magni relatiui cum qui=
bus differunt ⁊ cōcordāt c.t.b.d. ¶ Utrū
in essentia magna possit esse differentia
et contrarietas? Et respondendū est ꝙ
sic: posito ꝙ essentia sit composita: sicut
essentia hominis et elementorū. Sed in
essentia simplici nequaqꝫ c.t.c.d. ¶ Po=
sito ꝙ in magnitudine simplici essent
concordantia et contrarietas: queritur/
quid esset illa magnitudo? Et respon=
dendū est ꝙ esset essentia impossibilis.

¶ Queritur magnã concordantia ꝛ contrarietas de quo sunt? Et huic dicenduz est per primã speciẽ regle d. ꝙ est de seipsis. Nam supra magnitudinẽ nullum ens preiacet d.t.b.c. ¶ Utrum in eternitate sint differentia concordantia? et respondendũ est ꝙ sic: nam alias in eternitate bonitas nõ esset ratio ꝙ ipsa ageret bonum. Namqꝫ eternitas sine cõcordãtia haberet aliquid cum quo distaret a cõtrarietate ꝛ ociositate: qḋ est impossibile. Queritur/differentie cõcordãtie existentes in eternitate de quo sunt? et respondẽdum est ꝙ ipse sunt de suis correlatiuis per prima speciẽ ꝛ scḋam regule d. ¶ Querit̃/quid sunt in eternitate differentia ꝛ concordãtia? Et rñdenduz est ꝙ ipse sunt ipsamet eternitas d.t.b.d. ¶ Utrũ in eternitate possit esse inuicẽ differentia ꝛ cõtrarietas? Et rñdendum est ꝙ nõ: qꝛ si sic/ eternitas esset composita ex pluribus essentijs cõtrarijs ꝛ corruptibilib⁹: vt pꝫ in elemẽtatis. ¶ Posito ꝙ celũ esset ex plurib⁹ essentijs contrarijs: querit̃ de quo esset sua duratio? Ad qḋ dicendũ est ꝙ ipsa esset ex habitib⁹ positiuis ꝛ priuatiuis qḋ est impossibile d.t.c.d. ¶ Posito ꝙ in essentia angeli esset cõcordãtia et cõtrarietas: queritur/duratio angelica de quo esset? Et rñdẽdũ est ꝙ ipsa esset de suis cõtrarijs: qḋ est impossibile. queritur/quid est duratio angeli? Et respondẽdum est ꝙ est concordãtia ab omni cõtrarietate remota t.b.c.d. ¶ Querit̃/vtrum differentia possit esse subiectum concordãtie ꝛ contrarietatis? et respondendũ est ꝙ nõ: eo qꝛ concordantia se habet ad esse: contrarietas autẽ ad nõ esse in subiecto in quo sunt. queritur/quid est differentia in cõcordantia ꝛ contrarietate? Et rñdenduz est ꝙ differentia in concordãtia est principium positiuum: ꝛ in contrarietate priuatiuum. ¶ Queritur de quo durat differentia? et rñdendum est ꝙ ipsa durat de suis correlatiuis concordantibus per essentiã ab oib⁹ cõtrarietatib⁹ remotã.

De questionibus secunde columne. C.D.E.T.

De q̃stionibus scḋe colũne. C. D.E.T.


Ueritur/que est magna potestas eternitatis? et respondẽdum est ꝙ est potestas infinita ꝛ eterna/ vt per suos correlatiuos signatum est. querit̃ de quo est magna ptãs eternitatis? Et rñdẽduz est ꝙ est de eternis correlatiuis. Magna ptãs eternitatis quare est? ꝛ rñdendũ ẽ ꝙ est ex eo qꝛ eternitas põt habere infinitos ꝛ eternos correlatiuos c.d.t.c. ¶ Querit̃ quid est infinita cõcordãtia eternitatis? et rñdẽdum est ꝙ ipsa est infinita essentia ꝛ eterna. querit̃ infinita ꝛ eterna essentia de quo est? Et rñdendũ est ꝙ ipsa est de infinitis et eternis correlatiuis/ sine quib⁹ non posset esse infinita ꝛ eterna c.d.t.d. ¶ Supposito ꝙ in eternitate esset cõtrarietas: querit̃ qḋ esset illa contrarietas? et rñdendũ est ꝙ ipsa esset infinita ꝛ immẽsa essentia/ ex cõtrarijs infinitis ꝛ eternis cõstitura. querit̃ magnitudo eternitatis de quo est? Et rñdendũ est ꝙ est de suis correlatiuis sine q̃bus sua magna magnitudo eẽt finita ꝛ ociosa c.d.t.e. querit̃ qḋ est magnũ pricipiũ eternitatis? et rñdẽdũ est ꝙ est essentia eterna ꝛ infinita. querit̃/magnũ principium eternitatis de quo est? Et rñdẽdũ est ꝙ est de suis correlatiuis infinitis et eternis. querit̃/principiũ infinitũ ꝛ eternum quare est? Et rñdendũ est ꝙ est ex eo qꝛ eternitas hꝫ infinitos correlatiuos ab omni ociositate segregatos c.e.t.c. ¶ Querit̃ qḋ est infinita ptãs? et rñdendum est ꝙ ipsa est infinita concordãtia. ¶ Querit̃/quare est infinita ptãs? Et respondendũ est ꝙ est qꝛ hꝫ infinitos correlatiuos c.e.t.d. querit̃/ĩfinita ptãs de quo est? Et rñdẽdũ ẽ ꝙ ipsa ẽ de suis correlatiuis ab omni cõtrarietate remotis. queritur quare est potestas sine cõtrarietate? Et rñdendũ est ꝙ ipsa est essentia infinita ab omni cõtrarietate separata. c.e.t.e. ¶ Querit̃ quare est infinitũ principiũ? ꝛ rñdendũ est ꝙ est: nã in semetipso hꝫ suos infinitos correlatiuos in quib⁹ quiescit. querit̃/quare ẽ ptãs infinita? ꝛ huic dicẽdũ ẽ ꝙ ẽ ex eo qꝛ ipsa nõ põt sine subiecto ĩfinito c.t.c.d. querit̃/ qḋ est magna cõcordãtia? Et rñdẽdũ est ꝙ ipsa est magna essentia ab omĩ cõtrarietate remota. querit̃/magna cõcordãtia de quo est? ꝛ rñdẽdũ est ꝙ est ex suis magnis correlatiuis/ primitiuis ꝛc. queritur/qḋ est magnũ principiũ? Et rñdendũ est ꝙ est magna cõcordãtia ab omni ꝯtrarietate remota. querit̃/quare ẽ magnũ principiũ? ꝛ rñdendũ est ꝙ est ex eo qꝛ hꝫ magnos correlatiuos c.d.t.e. queritur/quid est magna contrarietas principij? Et rñdendũ est ꝙ est essentia euacuans principiũ a suis correlatiuis. queritur/ de quo est magnum principium? Et respondendũ est ꝙ est de suis correlatiuis a ꝯtrarietate remotis. Uel est de suis corelatiuis quibus cõtrarietas minime potest contradicere siue resistere

d.e.t.e.¶ Eternitas et potestas quare concordant? Et respondendum est quod ipse concordant ut possint existere et agere ab eterno et in eterno.¶ Concordantia eternitatis et potestatis quaeritur/quid est? et respondendum est quod est essentia eterne potestatis.¶ Quaeritur/concordantia eternitatis et potestatis de quo est?¶ Ad quod dicendum est quod ipsa est de eternatiuo et possificatiuo/eternabili et possificabili/et eternare et possificare d.e.t.d.¶ Quaeritur/quare contrarij fines non possunt esse ab eterno? Et respondendum est quod ex eo quia in eternitate est deus.¶ Quaeritur/deus eternitatis de quo est? Et respondendum est quod est de suis correlatiuis ab omnibus contrarijs remotis d.e.t.e.¶ Potestas eterna quare potest ab eterno et in eterno? Et respondendum est quia ipsa est primitiuitas eterna.¶ Potestas eterna quare est principium eternum? Et respondendum est: eo quia potest ab eterno et in eterno d.t.c.d.¶ Posito quod celum sit eternum: quaeritur/que est sua eterna concordantia et contrarietas? Et respondendum est quod sua concordantia est una eternitas actiua et passiua: et sua contrarietas est alia eternitas que est actiua et passiua: quod est impossibile. Nam eternitas non potest esse ex contrarijs: cum sit infinita.¶ Contrarietas eterna de quo est? Et respondendum est quod ipsa est de subiecto naturali/et habitu morali: sicut si cappa tua esset indutus cappa ignitiua d.t.c.e.¶ Quaeritur/quid est principium eternitatis? ad quod respondendum est/vez quod est concordantia suorum correlatiuorum.¶ Quaeritur/concordantia eternitatis de quo est? et respondendum est quod est ex correlatiuis eternitatis e.t.c.d.¶ Quaeritur/quare concordantia et contrarietas non possunt esse una potestas? Et huic dicendum est ex eo quia concordantia tendit ad esse: contrarietas autem ad non esse contrarietas.¶ Quaeritur/quid est contrarietas corporis et anime in homine? Et respondendum est quod est ex contrarijs finibus siue contrarijs correlatiuis e.t.c.e.¶ Queritur/que est potestas prudentie et potestas superbie? Et respondendum est quod potestas superbie est habitus priuatiuus: prudentie autem positiuus.¶ Quaeritur/quare potestas superbie et potestas prudentie non sunt una potestas? Cui dicendum est quod propter hoc quia diffinitio concordantie non potest concordare illas in uno fine/cum sint contraria principia e.t.d.e.¶ Queritur/quare potestas non potest esse ex contrarijs principijs? et huic dicendum est. Nam potestas habet principia relatiua et segregata a contrarietate per concordantiam.¶ Queritur/contraria principia de quo sunt? Et respondendum est quod ipsa sunt ex contrarijs finibus t.c.d.e.¶ Queritur/quare concordantia est principium primitiuum: sed contrarietas est consecutiuum? Et respondendum est quod concordantia est principium positiuum: contrarietas autem priuatiuum.¶ Queritur/quid est primitiuitas concordantie/et posterioritas contrarietatis? et respondendum est quod primitiuitas concordantie est quando plures res se habent ad unum. posterioritas contrarietatis est: vez quando multa non se habent ad unum.¶ Queritur/vtrum concordantia et contrarietas sint ex vno et eodem principio? Et respondendum est quod non: quia non se habent ad unum finem.

De questionibus tertie colune D.E.F.T.



lutio in eadē regula in secunda specie. ¶ Queritur/quare deus est necessarium ens? Solutio in quarta regula in prima specie. ¶ Utrū deus sit deus de deo? Solutio i eadē regula in scda specie. ¶ Utrū in deo sit qntitas? Solutio in regula f. ¶ Querit de deo p equalitatē: et respō dendū est p regulā g. ¶ Utrū act⁹ etern⁹ sit in tpe? Solutio in regula h. ¶ Utrū deus sit collocat⁹ siue cōtētus? Solutio in regula i. ¶ Querit p quē modū deus existit? Solutio i pria regula k. ¶ Queritur/quō deus agit? Solutio in eadem regula. ¶ Querit/de⁹ cū quo ē hoc qd ē? Solutio in scda regula k. ¶ Queritur/deus cū quo agit hoc qd agit? Solutio i eadē regula. ¶ Fecimus qstiões de deo p principia ꝛ regulas: quapropter si fiat qstio pegrina de deo/ applicet ad textū siue locū ei cōpetētē: ꝛ soluatur p ipsuz/ tenendo affirmationē aut negationem/ tali modo ꝙ textus non destruat. ¶ Ulterius si de deo multe fiūt qstiões/teneatur modus tertie figure ꝛ septē colūnarū predictarū in quibus fecim⁹ questiones: ꝛ dentur eis solutiones p seipsas signatas. Et hoc docet capitulū applicationis. ¶ Adhuc si artista vult hre multa media ad probādū aliquid de d.o/recurratur ad capitulū multiplicatiōis qrte figure qd docet inuenire multa media: et docet probare p prius ꝛ posteri⁹. ¶ Qm de deo non pōt probare aliquid per pri⁹ et iō si qstio indiget pbatiōe p equiparantiā: sicut si aliqs vellet pbare vtrū sit aliqua ꝛ infinita potestas: probetur per infinitā eternitatē. ¶ Ulterius qˀ vult pbare p equiparātiam: sicut quando queritur/quare in anima intellectus / memoria et voluntas sunt equales? Ad qd respondeatur: quia de⁹ est equaliter intelligibilis/ et amabilis/et recolibilis. ¶ Ulterius si queratur/quare sufficiunt in qualibet potentia anime/tria correlatiua per secundam speciem c. designata? Et respondendum est ꝙ in qualibet ratione diuina sufficiant tria correlatiua. ¶ Si queratur/quare deus creauit vnum mundum/ ꝛ non multos? Sic pbetur: videlicet ꝙ deus est vnum: idcirco creauit vnum mundum. ¶ Si queratur/quare deus dilligit vnam creaturā plus ꝙ aliam? Respondendū est/ quia quando creauit mundum: intelligit maiorem finem creationis ꝙ potuit intelligere. ¶ Adhuc si querat/vtrū deo cōpetat magis creare maiora ꝙ minora? Respondendū est ꝙ sic. Nā maiora magis conueniunt cū suis dignitatibus ꝙ minora: et sic de aliis.

De questionibus secundi subiecti quod est de angelo: et primo per principia.

De qstionibus secundi subiecti qd est de angelo. et primo per principia.

Quare āgel⁹ peccauit postꝙ deus creauit ipsum totū bonū? Et respōdēdū est p differentiā maioritatis ꝛ minoritatis. ¶ Adhuc/vtrū āgeli in sua locutione habeāt instrumentū? Et respondendū ē ꝙ sic: videlicet bonitatem et alia principia eis cōnaturalia/ quolibet habente sua correlatiua. ꝛ hoc signatum est per primum paragraphuz capituli angelorum. ¶ Queritur/vtrum vnus angelus producat alium angelū? Solutio in primo paragrapho. ¶ Queritur/que est causa magis angeli? Solutio/in secundo paragrapho. queritur/ vtrum angelus sit corruptibilis? Solutio i tertio paragrapho. ¶ Queritur/ que sint instrumenta angelorum? Solutio in quarto paragrapho. ¶ Cum angelus nō habeat oculos: quomō Itelligit colores? Solutio in qnto. queritur/ quō angel⁹ pōt diligere sensibilia? Solutio in sexto. ¶ Queritur/angelus quō acqrit meritū? Solutio in septimo. querit/ cū quo angelus facit sciētiā? Solutio in octauo. ¶ Querit/qˀ sint delectationes angelorum? Solutio in nono. queritur/ vtrum in essentia/angeli sint multe res differētes numero? Solutio in decimo. ¶ Queritur/angeli cum quo cōueniūt? Solutio in vndecimo. queritur/angelus bonus ꝛ angelus malus per quē moduz sunt contrarij. ¶ Adhuc queritur que ē pena mali āgeli? Solutio i duodecimo. ¶ Utrū angelus sit composit⁹? Solutio in decimotertio. ¶ Utrū angel⁹ habeat qntitatē? Solutio i decimoqrto. ¶ Utrū angelus sit ita perfectus p suā volūtatē sicut p suā bonitatē ꝛ suū itellectū/sicut p suā bonitatē ꝛ suū intellectū/sicut per suā volūtatē? Solutio in.15. querit / qˀre āgel⁹ hꝫ potestatē in inferiorib⁹? Solutio in.16. ¶ Utrū sit bonū ꝙ i angelo su⁹ intellect⁹ /volūtas ꝛ memoria sint eqles naturaliter? Solutio in.17. ¶ Cum angelus sit bonus naturalr/qˀ est cā qre est malus moraliter? Solutio in.18.

De questionibus angeli p regulas.

De q̄stiōibus angeli p regulas.



Queritur per quē modū probatur q̄ angeli sint? Solutio in prima regula. querit᷑/ angelus quō diffinitur? solutio in secunda. ❡ Querit᷑/ quid est natura angeli. querit᷑/de actionibus ꝛ passionibus angelorum. ❡ Cū angelus non habeat imaginationē/cū quo intelligit imaginabilia? ❡ Omnes iste questiones soluūtur per secundā regulam supradictam. ❡ Queritur q̄ sunt principia innata angeli. queritur/que ē forma angeli: ꝛ que est eius materia. q̄ritur/angelus malus cuiu⁹ est? solutio in tertia regula. ❡ Queritur angelus per quem modū habet causas. querit᷑/ vtrū angelus quiescat cū vno fine: aut cū pluribus? solutiones in q̄rta regula. ❡ Queritur de q̄ntitate cōtinua ꝛ discreta ãgelorum: posito q̄ angelus nō haberet materiā: vtrū possit recipere passiones? solutiones in q̄nta regula. querit᷑ de qualitatibus specificis angeli: cū quibus agit specifice: et similiter de q̄litatib⁹ appropriatis cū quib⁹ agit moraliter? solutiones in sexta regula. ❡ Querit᷑ de successione ꝛ continuatione angelorū: cum angelus non sit corporeus: vtrum habeat mēsuras tēporis? solutiones in septima regula. ❡ Utrū angelus sit collocatus. ❡ Utrū angelus trāseat p mediū? solutiones in octaua regula. queritur/p quē modum angelus existit in seipso/ꝛ agit extra seipsum? ❡ Querit᷑/per quē modū angelus patitur? solutiōes in nona regula. querit᷑/vnus angelus cū quo intelligit aliū? ❡ Querit᷑/angel⁹ cū quo tētat homines. queritur/angelus cū quo mouet lapides? solutiōes in decima regula p k. signata. ❡ Utrum angel⁹ patiatur per ignē? dicimus q̄ sic: vt patet p pri⁹ ꝛ per primā speciē e. ꝛ per secundā g. ꝛ p diffinitionē diuine potestatis. Nā si de⁹ vult q̄ angel⁹ possit mouere lapides sine corpore: similiter p diuinā potestatē pōt pati p ignē. queritur/vtrū ãgeli sint nostri nūcii ꝛ adiutores? et respondendum est q̄ sic. ❡ Nam sicut celū cum suis principiis innatis est coadiuuatiuū principiis elementatis effectiue ꝛ naturaliter: vt habeant actus suos: sic angeli adiuuant: non vt habeamus virtutes morales: et hoc p regulā b. ꝛ c. pbari pōt.

De questionibus tertii subiecti quod est d̄ celo per principia.

De q̄stiōibus tertii subiecti q̄ est de celo per principia.



Utrum bonitas celi causet bonitates inferiores. querit᷑ quare sūt mōstruosita tes? ❡ Queritur q̄ saturn⁹ dicitur malus: cū non sit ex contrariis? Solutio in primo paragrapho bonitatis tertii subiecti. ❡ Posito q̄ celū nō esset p se mobile. queritur/vtrū p se esset magnū ꝛ durabile? Solutio in secūdo. ❡ Utrū celū moueat seipsum? Solutio in tertio. ❡ Utrū celū cū potestate sua possit mouere inferiora? Solutio i q̄rto. ❡ Cū celū non habeat intellectū: quō se ordinat ad mouēdū inferiora? Solutio in quinto. ❡ Cum celū nō habeat volūtatem: quid est cā q̄ moueat inferiora ad habēdū appetitū? Solutio in sexto. ❡ Utrū celū cū sua virtute moueat virtutes inferiores supra posse elementati/vegetatis sensati: sicut charitas mouet volūtatē supra suas vires ad amādū sūmū obiectū ꝛ suū inimicū? Et r̄ndendū est q̄ sic: celū tamen naturaliter: charitas aūt moraliter: vade ad 7. Queritur/vtrū celū h̄z veritatē innatam cū qua causet veritates inferiores? Solutio in octauo. ❡ Cum celū non hābeat voluntatem/queritur vtrum ipsius habeat delectationem? solutio in nono. ❡ Utrū celū habeat differētias innatas ad disponendū differentias inferiorum elementatorū? solutio in. 10. ❡ Utrū concordantia celi sit ei principium innatū cum qua disponat cōcordantias et aptitudines inferiores? solutio in. 11. ❡ Utrū celum habeat contrarietatem innatā? solutio in. 12. ❡ Utrū celum habeat principium innatum cū quo principiat aptitudines inferiores? Et respondendū est q̄ sic. Nam sicut artifex cum anima deducit figurā arche de potentia in actū: sic formas sensibiles et vegetabiles: vade ad. 13. ❡ Utrum celū habeat medium innatum cū quo moueat ꝛ disponat media inferiora? solutio i. 14. ❡ Queritur/ quis est maior finis celi naturaliter sine quo quiescere non potest? solutio in. 15. ❡ Utrum celum habeat maioritatem cum qua disponat ꝛ habituet aptitudines inferiores? solutio in. 16. ❡ Utrum celum habeat equalitatem innatam cū cum qua coequet ꝛ proportionet equalitates inferiores? solutio in decimo septimo. ❡ Queritur/quid est minoritas celi? solutio in. 18.

De questionibus celi per regulas factis.

De q̃stionib⁹ celi p regłas faus.


Uerit/quare celū nō est ab eterno cum ipm nō sit corruptibile? Uade ad regulam b. tertij subiecti. ¶ Posito q celuz nō moueat seipm: querit/vtrū esset primū mobile naturaliter? Solutio in regula c. ¶ Querit/ vtruz celū habeat correlatiuos innatos formalr: ⁊ naturalr sine q̃bus nō posset causare correlatiuos inferiores? Solutio in scda specie c. ¶ Querit/vtrū celuz recipiat mai⁹ ⁊ min⁹? Solutio in tertia specie c. ¶ Querit/q̃d hz celū in inferiorib⁹? Solutio i q̃rta specie c. ¶ Querit/ quare celū est incorruptibile. Solutio i prima specie d. ¶ Utrū celū habeat principia specificata cuz q̃b⁹ agat specifice? Solutio i scda specie d. ¶ Querit/vtrū mot⁹ celi possit resistere miracl'e? Solutio in tertia specie d. ¶ Querit/vtruz celū sit necessariū? Solutio i pma specie e. ¶ Utrū sine motu celi possint eē mobilitates inferiores naturalr? Et rñdendū est q nō. Nā sicut voluntas sine charitate nō posset habere ad amandū deum supra seipam: neq ad amādū suū inimicum: sic ignis ⁊c. non se posset habere ad mouendū aquā naturalr sine motu celi. Celū em̄ est prius: ignis aūt posteri⁹. Et vade ad scdam speciem e. ¶ Querit/ quare celū agit cū quātitate obliqua in se: cuz rectā aūt extra se. ¶ Querit/ vtrū celū habeat q̃titates discretas: cuz ipm sit in cōtinuo motu? Solutiões i regła f. ¶ Querit/q̃re celuz agit p speciē specificā. ¶ Querit/vtrū caliditas ⁊ siccitas sint q̃litates appropriate solis? Solutiones in regula g. ¶ Querit/per quē modū ipse celi hz rationē cause ⁊ causati/ celo existēte ei subiecto? Solutio in regła h. ¶ Utrū celū sit in loco? Solutio in regula i. ¶ Querit/p quē modū celuz agit in inferiorib⁹? Et rñdendū est q agit p suū modū in modo inferiori: sicut prius in posterioritate per suū modū. ¶ Queritur/celuz cum quo agit in inferiorib⁹? Et rñdendum est q cum suis principijs innatis: sicut causa que cum suis causis causas causat.

De questionibus.iiij.subiecti quod est de homine: ⁊ primo per principia.

De q̃stionib⁹ quarti subiecti.


Ueritur/vtrū hō agat bonū p suā speciē? Solutio in principio in quarto subiecto capituli hois. ¶ Utrū in hoīe multe magnitudies sint et rōnes q agat māgnū? Solutio in scdo paragrapho. ¶ Utrū hō durat dupl'r? Solutio in tertio. ¶ Utrū hō habeat specificā potestatē ad agēdū? Solutio in quarto. ¶ Utrū in specie humana sit vnic⁹ intellect⁹ ad plures? Solutio in q̃nto. ¶ Utrū in specie hūana sit vna volūtas aut plures? Solutio in.vj. ¶ Querit/virtutes morales a quo causant? Solutio in.vij. ¶ Utrū intellectus hūanus attingat essentias rerū? Solutio in.viij. ¶ Cū aīa nō sit de natura corporis: querit quare tristat de labore corporis? Solutio i.ix. ¶ Querit/p quē modum hō facit sciam/amationē ⁊ memorationē? Solutio in.x. ¶ Posito q hō nō esset cōiunctus: vtrū aīa sensitiua/imaginatiua et rōcinatiua possit obiectare idē obiectū? Solutio in.xj. ¶ Utrū pctm sit naturale? Solutio in.xij. ¶ Utrū primitiua causalia includant in hoīe? Solutio in.xiij. ¶ Querit p quē modū aīa ⁊ corp⁹ cōiungunt? ¶ Querit vtrū hūidū radicale vniat nutrimētali. ¶ Ulterius querit p quē modū homo viuit ⁊ morit. ¶ Adhuc q̃rit p quē modū hō trāsit i tertium numerū. ¶ Iste questiões sunt signate ⁊ solute i.xiiij.medij.iiij.subiecti. ¶ Utrum in hoīe cōiungant multi fines differētes specie et numero? Solutio in xv. ¶ Querit q̃re sunt maiores potētie ⁊ minores in hoīe? Solutio in.xvj. ¶ Utrū hō sit equalr cōiunct⁹ ⁊ cōposit⁹? Solutio in.xvij. ¶ Querit per quem modum homo habet inclinationem ad peccandum? Solutio in.xviij.paragrapho.

De questionibus hominis per regulas.

De q̃stionib⁹ hois p regłas.


Uare hō cognoscit magis p affirmationez q̃ per negationē? Solutio in regła b. quarti subiecti. ¶ Querit p quē modū de hoīe pñt fieri plures diffinitiones / q̃ de aliquo alio ente creato. ¶ Utrū hō sit magis cognoscibilis q̃ angelus/aut celū/aut brutū/ aut planta/aut lapis / aut elementum? He qōnes soluunt in paragrapho regule c. in prima specie. ¶ Queritur ex quibus homo est cōpositus? Solutio i scda specie c. ¶ Utrum embrio in matrice nutriat se/aut nutriat: moueat se/aut moueat? Solutio in.iij.specie c. ¶ Querit/ quid habet homo in seipso? Solutio in iiij.specie. ¶ Queritur que sunt principia primitiua hominis? Solutio in prima specie d. ¶ Posito q hō non esset cō-

positus ex animã ⁊ corpore. querit/ipse de quo esset? solutio in secunda specie d. ¶ Ulterius queritur/vtrũ homo moriatur/vel pars eius? Solutio in eadẽ specie. ¶ Posito q aia moreret: vtrũ deus esset sibimet iustus? solutio in.iij.specie d. ¶ Querit quare homo per suã aiam est ens necessitatum? Solutio in prima specie e. ¶ Utrũ aia hominis sit immortalis? solutio in scda specie e. ¶ Posito q homo non esset coniunctus: vtrum haberet quantitatẽ continuam? solutio in prima specie f. ¶ Cum anima non sit in corpore per contractũ: queritur per quẽ modũ homo est ꝗtus? Solutio in scda specie f. ¶ Utrũ hominificatio sit magis propria qualitas in hoie ꝗ̃ risibilitas? Solutio in regula g. ¶ Querit vtrũ homo sit magis qualis per virtutes ꝗ̃ per vitium? et respondendũ est q sic: habitus enim positiuus plus portat ꝗ̃ habitus priuatiuus: ⁊ vade ad scdam specieꝫ g. ¶ Utrum homo sit in fieri/ aut i facto esse? Solutio in regula h. ¶ Utrum homo sit in seipso? Solutio in regula h. ¶ Utrum homo sit sensibilis? et respondendum est q non. Nam accidẽtia sunt sensibilia: substantia autẽ non: sed intelligibilis. ¶ Cum homo nõ sit sensibilis: queritur/quomodo ipse intelligit? ⁊ respondendũ est q intellectus plus põt p se/et per imaginationẽ/ ⁊ psensum ꝗ̃ p sensum tantum. Et vade ad regulam k. ¶ Queritur cũ quo homo est vniuersalis? Solutio in scda regula k. ¶ Cum essentia hois non sit sensibilis/cum quo est intelligibilis? et respondendũ est q sicut deus est amatus super vires volũtatis per charitatem: sic humanitas est intelligibilis per intellectũ supra vires sensus. ¶ Queritur cum quo homo resuscitabit? et respõdendũ est q cum iusticia dei ⁊ suis meritis.

De questionib⁹ quinti subiecti quod est imaginatiua per principia discursa.

De q̃stionib⁹ quinti subiecti qđ est imaginatiua p pricipia discursa.



Utrum essentia imaginationis sit maxime p obiectationẽ: vt abũdãtia bonitatis cõsistat inter potẽtiam intellectiuã ⁊ sensitiuaꝫ? Uade ad primũ paragraphum bonitatis quinti subiecti. ¶ Utrum magnitudo imaginationis sit instrumentũ obiectiue potentie ratiocinatiue? Solutio in scdo paragrapho. ¶ Utrũ in brutis imaginatio sit potẽtia altior? solutio i tertio. ¶ Utrũ imaginatiua habeat potestatẽ in sensitiua ⁊ non econuerso? solutio in quarto. ¶ Utrum imaginatiua habeat instinctũ specificũ vt agat per suã specieꝫ? solutio in quintõ. ¶ Utrũ imaginatiua habeat appetitum specificũ vt agat per suã speciẽ? solutio in.vi. ¶ Utrũ imaginatiua habeat specificã virtutẽ? solutio in.vij. ¶ Utrum brutũ per imaginationẽ attingat suam essentiã ⁊ alioꝝ essentias? Et rñdendũ est q nõ: qꝛ aliter ipm faceret sciam: qđ ẽ ipossibile: ⁊ vade ad.viij. paragraphũ. ¶ Utrũ imaginatio in brutis moueat secũ obiecto: aut obiectũ moueat eã? Solutio in.ix. ¶ Utrũ imaginatiua sine sua differentia specifica esset sufficiẽs potẽtia? Solutio in.x. ¶ Et vtrũ speculũ sit maxime imago ⁊ signũ imaginationis? Solutio in eodẽ. ¶ Utruꝫ imaginatio sit potẽtia obiectiua per concordantiã potentie ⁊ obiecti? Solutio in.xi. ¶ Utrum imaginatio sit potẽtia cõis leticie ⁊ tristicie? solutio in.xij. ¶ Utruꝫ imaginatio sine sua specifica materia posset recipere species peregrinas? Solutio in.xiij. ¶ Utrum imaginatione deficiente siue ipa non existente inter intellectũ ⁊ sensum/ipse intellect⁹ posset facere sciam? Solutio in.xiiij. ¶ Utrũ imaginatio habeat quieteꝫ specificã ⁊ pfectã? Solutio in.xv. ¶ Utrũ imaginatio habeat specificã maioritatẽ? Solutio in.xvi. ¶ Utruꝫ potentia imaginationis cõsistat equaliter inter potẽtiã ratiocinatinã ⁊ sensitiuam? Et rñdetur q sic pportionaliter: sed quo ad pondus nõ. Et vade ad.xvij. paragraphũ. ¶ Utrũ imaginatio sit minor i bruto ꝗ̃ i hoie? ⁊ rñdẽdũ est q sic. Brutũ eñ nõ põt imaginari montẽ aureum: Et vade ad.xviij. paragraphũ.

De questionibus imaginatiue per regulas.

De q̃stionib⁹ imaginatiue p regulas.



Utruꝫ imaginatio sit de essentia corporis? Solutio in regula b. ¶ Queritur per quem modum de imaginatione maior noticia haberi potest? Solutio i regula c. in prima specie. ¶ Utrum imaginatio habeat imaginabile cõe ei specificum? Solutio in secunda specie regule c. ¶ Queritur/quid est imaginatio in homine et

in bruto? solutio in.iij.specie c. ¶ Utrum imaginatio habeat aptitudines et receptiones in sensatis? Solutio in.iiij.specie c. ¶ Utrū imaginatio sit species? Solutio in prima specie d. ¶ Utrū imaginatio sine sua specifica materia possit esse materia passiua? Solutio in scda specie d. ¶ Utrū imaginatio sit instrumētum? solutio in tertia specie d. ¶ Utrū imaginatio habeat causas specificas? solutio in prima specie e. ¶ Utrum mūdus esset pfect⁹ absq imaginatione? solutio in secunda specie e. ¶ Queritur imaginatio quāta est? solutio in prima specie f. queritur q̄ est cā quare imaginatio crescit aut decrescit suū actū sine augmētatiōe et diminutione sue essentie? solutio in secunda specie f. ¶ Querit̄ qd est ppria ꝓprietas imaginationis? Solutio in pma specie g. ¶ Utrū imaginatio habeat habitū: cū ipa sit habit⁹ intellect⁹? solutio in scda specie g. ¶ Querit̄ ꝑ quē modū imaginatio sit in tpe: cū ꝑ se sit immobilis? Solutio in regla h. ¶ Querit̄ imaginatio vbi hз suū actū? solutio in regla i. querit̄ imaginatio quō obiectat obiectū? solutio in pma regula k. ¶ Queritur / imaginatio cum qua complexione est actiua siue receptiua? solutio i scda. regla k. querit̄ cū quo imaginatiua decipit̄? et rn̄dendū est ꝙ cū nimio instinctu et appetitu. ¶ Querit̄ q̄re imaginatiua est insensibilis? Et rn̄dēdū est: potentie nāq inferiores nō ascendūt ad attingendum superiores potentias.

De questionibus. vj. subiecti qd est de sensitiua per principia deducta.

De q̄stionibus. vj. subiecti qd de sensitiua ꝑ principia deducta.



Utrū sensus posset sentire sensatū sine bonitate? Solutio in pmo paragrapho sexti subiecti. ¶ Querit̄ in quo sensu particulari seu sititiua est magis magna? Solutio in scdo. querit̄ sensitiua cū quo durat? solutio in.iij. ¶ Utrū sensus sentiret per suā speciē? Solutio i.iiij. ¶ Utrū sensus habeat instinctum? Solutio in.v. ¶ Utrū sensus habeat appetitū: et quare visus se delectat in videndo? Solutio in sexto. ¶ Utrum sensus habeant virtutes specificas? Solutio in.vij. ¶ Et vtrū sensus vere sensat sensatum? Solutio in.viij. queritur quare pulchritudo est dispositio sensus? solutio in. ix. ¶ Utrū iudiciū sensus cōsistat per cōem sensum aut particularē? Solutio in.x. querit̄ q̄ est causa quare sensus sensat sensatū? solutio in.xj. ¶ Queritur quid decipit sensum? Solutio in. xij. querit̄ per quem modū sensus est assituatus in suis causis? solutio i.xiij. ¶ Utrū sensus pticularis sit mediū inter sensum cōem et sensibilem? Solutio in.xiiij. ¶ Utrum sensare peregrinū descendat a sensare intrinseco? Solutio in eodem. ¶ Utrum olfatus sit sensus? Solutio in eodem. ¶ Utrum sensus habeat finem innatū? Solutio in.xv. ¶ Utrū aliqua maioritas sit principiū innatū sensui? Solutio in xvj. ¶ Queritur vtrū aliqua equalitas sit principiū innatū sensui? Solutio in xvij. ¶ Utrū aliqua minoritas sit de essentia sensus? Solutio in.xviij.

De questionib⁹ sensus per regulas discursi.

De q̄stionibus sensus per regulas discursi.



Queritur vtrū sensus sit de sensu? Et vtrū sensus sit insertus in vegetato? Et quando homo morit̄: sensus quo vadūt? Solutiones in regula b. sexti subiecti. queritur quid est sensitiua? solutio in secūdo capitulo: et in prima specie regule c. Nā ibi est sua diffinitio implicata. queritur vtrū sensus possit sensare absq correlatiuis innatis? solutio in scda specie c. ¶ Querit̄ quid est sensus in sensatis obiectiue? Solutio in.iij. specie c. ¶ Utrū aliquod obiectū sit de essentia sensus? Solutio in eadē. ¶ Utrum sensus possit habere obiectū extrinsecū sine obiecto intrinseco? Solutio in.iiij. specie c. vtrū sensitiua hominis sit intantum naturalis sicut in bruto? solutio in prima specie d. ¶ Utrum sensus sine sua specifica materia possit esse actiuus atq receptiu⁹? Solutio in secunda specie d. ¶ Utrum sensus communis possideat sensus particulares? Solutio in tertia specie d. ¶ Utrum sensus absq specifica forma et materia possit esse? Solutio in prima specie e. ¶ Queritur vtrum sensus communis sit: vt sicut sint sensus particulares: et vtrum sensus particulares sint vt sint obiecta sensata? Solutiones in secunda specie e. ¶ Queritur quantitas sensitiue ex quo est? Solutio in regla f. ¶ Utrum sine quantitate discreta sensus particulares possint esse? Et respondendum est ꝙ non: eo quia quilibet sen

fus est ꝙ̃ius. ¶ Utrum propria qualitas sensus causet appropriatam qualitatẽ sensati? Solutio in prima specie g. queritur sensibilitas lapidis a quo est? Et respondendum est ꝙ ipsa est ab habitu sensus. Et vade ad secundam speciem g. ¶ Utrum sensibilitas lapidis remaneat in tempore clausis oculis. Et respondendum est ꝙ non: sicut secunda visio oculorum non remanet in oculis clausis. Et vade ad regulam h. ¶ Queritur/vbi sensus sensat sensatum? Solutio in regula i. ¶ Utrum sensus attingat substantiam? Et dicendum est ꝙ sic: inꝙ̃tum est cu3 ea coniunctus: non autem inquantũ est ab eã separatus. Sicut visus qui non attingit substantiã lapidis: eo quia cum ipsa non est coniũctus. ¶ Queritur per quem modum sensitiua sensat sensatum? Solutio in specie regule k. ¶ Queritur vtrum sensitiua sensat sensatum cum similitudine quam sensit: que similitudo est habitus sensati: sicut cappa cappati? et vade ad scđam regulã k. ¶ Utru3 sensitiua sint coniuncta cũ suo proprio subiecto? Ad quod dicendũ est ꝙ sic: vt patet per primam diffinitionem concordantie ⁊ medij: et vt principium habeat medium per quod transire possit ad suum finem. ¶ Utrum sensus sit coniunctus cum sensato: puta cum lapide aut audibili ⁊c. Et respondendum est ꝙ non: eo quia habitus appropriatus et nouus est: sicut cappa ĩ cappato: cappa est enim nõ coniuncta cum cappato: sed est ei applicata per contactum.

per caliditatem: et artifex per artem. Et vade ad quintum. ¶ Queritur/quid est appetit⁹ vegetatiue: ⁊ a quo oritur? Solutio in sexto. ¶ Utrũ vegetatiua sit in veritate sua assituata: ⁊ econuerso. Et vtrum vegetatum sit vere vegetatum? Solutio in. viij. ¶ Queritur q̃ est causa quare vegetatiua habet delectationẽ? Et respondendum est ex eo ꝙ habet appetitum: et vade ad. ix. ¶ Utrum vegetatiua habeat differentiam innatam? Solutio in decimo. Et quare viridis color generalior est in plantis ꝙ̃ alius? Solutio in eodem. ¶ Utrum inter vegetatiuam ⁊ vegetatũ sit concordantia perfecta: sicut ipsa ẽ inter rõcinatiuũ ⁊ rõcinabile: et inť imaginatiuã ⁊ imaginabile: ⁊ inter sensitiuã ⁊ sensibile? Solutio in. xj. ¶ Queritur/que est causa corruptionis vegetatiue? Solutio ĩ. xij. queritur vegetatiua per quem modum est principiũ? solutio in. xiij. ¶ Queritur/per quẽ modũ vegetatiua stat sub rõne medij: ⁊ ꝑ quẽ modũ aĩalia viuũt de ea? Solutio in. xiiij. ¶ Queriť ꝑ quẽ modũ vegetatiua stat sub rõne finis? Solutio in. xv. ¶ Queritur/vtrũ vegetatiua habeat maioritatẽ generalẽ innatã a qua descẽdãt maioritates ꝑticulares. ¶ Adhuc q̃riť an in specie hũana vn⁹ hõ ẽ maior altero? Et an in eadẽ arbore vn⁹ fructus est maior alio? Uade ad. xvj. ¶ Utrũ vegetatiua sine q̃litate posset coequare multas plantas in eadẽ specie: sicut multas rosas? Uade ad. xvij. ¶ Utrum vegetatiua sine minoritate posset habere officiũ maiorificandi? Solutio in. xviij.

De questionibus vegetatiue per principia.

De q̃stionib⁹ vegetatiue per principia.



Utrum vegetatiua sit bona absq3 actu bonitatis? Et vtrum sit bona per suam bonitatem specificam? Solutio in primo paragrapho septimi subiecti. ¶ Utrum vegetatiua que est in brutis: ⁊ illa q̃ est in plantis sint vna et eadem? Solutio in scđo. ¶ Posito ꝙ vegetatiua nõ esset coniuncta cum vegetato: vtrum vegetatum haberet de quo durare posset? solutio in tertio. ¶ Utrũ vegetatiuã sit potens per suam ꝑotestatem specificam? Solutio in quarto. ¶ Utrũ vegetatiua habeat instinctum aut vegetatum? Respondendũ est ꝙ vegetatum habet instinctum per vegetatiuam: sicut ignis

De questionibus vegetatiue per regulas.

De q̃stionibus vegetatiue ꝑ regulas.



Queriť vtrũ in aĩali vegetatiua sit sensata? Et vtrũ sensatu3 sit vegetatũ? Solutio in ipsa regula. ¶ Ulterius est rñdendum ꝙ sic: vt aĩal possit transire in tertiũ numerum. ¶ Queriť/ q̃d est vegetatiua? Solutio in prima specie c. ¶ Utrum vegetatiua posset habere actũ sine correlatiuis sibi innatis? Solutio ĩ scđa specie c. ¶ Queriť/per quẽ modũ vegetatiua ẽ assituata in elementatiua ⁊ in. x. predicamẽtis? Solutio in. iij. specie c. ¶ Utrũ vegetatiua sit in elemẽtatiua plãtata? Solutio in. iiij. specie c. vtrũ vegetatiua sit potẽtia ꝓmitiua ad vegetãdũ? solutio in ꝓma specie d. ¶ Utrũ vegetatiua pos-

sit esse sine suis correlatiuis innatis? Solutio in secunda specie d. ❡ Utrũ vegetatiua sit subdita aiali i q̃ ē? solutio i.3. specie d. ❡ Utrũ vegetatiua sit habit⁹ necessitat⁹ i subiecto i q̃ ē? Solutio i.1. specie e. ❡ Queritur/vtrũ vegetatũ sit in vegetatiua/aut in seipso p illã. ❡ Utrũ vegetatiua possit esse sine q̃titate continua. cuz ɔtinuo motu? Solutio in prima specie f. ❡ Posito φ vegetatiua non haberet q̃titatem discretã: vtrum ipsa vegetatiua posset eē de sua essentia sine qua ipsa non posset esse in motu successiuo? Solutio in secunda specie f. ❡ Utruz vegetatiua possit agere sine ꝓprietate specifica. ❡ Adhuc queritur quod ē nomen illius proprietatis? Solutio in pria specie g. ❡ Queritur/que est qualitas appropriata vegetatiue? Solutio in secunda specie g. ❡ Utrũ vegetatiua cõsistat in motu cõtinuo p suã q̃titatē cõtinuaz: et in motu successiuo per suã q̃titatem discretam? Solutio in regula h. ❡ Queritur/vtrum vegetatiua habeat locum sibi connaturalem? Solutio in regula i. ❡ Cum potentia visiua vegetatiua que est altior potentia q̃ vegetatiua: q̃re nõ attingit substãtiã plãte sicut vegetatiua attingit eã: ex eo quia vegetatiua participat cũ ea per cõtactũ: visiua autē non. ❡ Queritur/p quē modũ vegetatiua vegetet? Solutio in pria regula k. ❡ Queritur cũ quo aliquod vegetatũ vegetat aliud vegetatum? Solutio in regula k. ❡ Queritur/vtrũ vegetatiua sit sensibilis? Ad quod dicendum est φ non: eo q2 est inferior potētia q̃ sensitiua. ❡ Utrũ vegetatiua moueat seipsam? et respondendum est φ sic: vt patet per diffinitionem suam/et per suos correlatiuos/⁊ p suum instinctum et appetitum.

De questionibus elementatiue per principia discursa.

De q̃stiõi bus elemē tatiue per principia discursa.



Queritur/vtrum sit bonum φ elementa existãt sub elementatis? Solutio in pmo paragrapho. ❡ Posito φ elementa non existerent in elementatis: vtrum elemētatiua existeret perfecte magna? Solutio in secundo. ❡ Utrum corrumpatur elementum aut elementatuz? Solutio in tertio. ❡ Utrũ elementatiua elemētet de elemētis elementata? Solutio in quarto. ❡ Utrum quodlibet elementum agat per suã speciem? Solutio in quinto. ❡ Queritur/q̃ est causa motiuã elementatorũ? Solutio in sexto. ❡ Utrum virtutes elemētatorũ descendant ab vna virtute? Solutio in septimo. ❡ Utruz alchimia sit possibilis? Solutio in octauo. ❡ Queritur/que est causa intensitatis ⁊ extensitatis in elemētatis? Solutio i nono. ❡ Utrum elementa sint actu in elementatis? Solutio in decimo. ❡ Queritur/que est cã temperãtie elementorum? Solutio i vndecimo. ❡ Queritur/que est causa corruptionis in elementatis? Solutio in duodecimo. ❡ Utrum aliqua obiectatio sit de essentia elementorum: ⁊ vtrum vnum elementum sit subiectum alterius? Solutiões in.13. ❡ Et vtrũ i elemētis mixtio sit ãtecedēs ⁊ cõpositio ɔsequēs? Solutio i eodē. ❡ Utrũ inter elemēta ⁊ elemētata sit dare mediũ? Solutio.14. ❡ Querit/quid est quies elemētatiue siue elementorũ? Solutio i.15. ❡ Querit/p quē modũ maioritas elemētatiue est assituata i elementatis? Solutio in.16. ❡ Utrũ elementa aliquo modo sint equalia? Solutio in.17. ❡ Querit/p quē modũ minoritas est assituata in elementatis? Solutio in decimo octauo.

De questionibus elementatiue per regulas.

De q̃stiõi bus elemē tatiue per regulas.



Querit/vtrũ elemēta sint cõposita: ⁊ si sunt cõposita: q̃ritur vbi sunt cõposita? Solutio in regula b. queritur/q̃d ē elemētatiua? solutio in octauo subiecto. ❡ Utrũ correlatiua elemētatiue sint substãtialia? Solutio i secũda regula c. ❡ Utrũ elemētatiua vl' elemēta possint agere de seipsis siue elemētatis? Solutio i tertia specie c. ❡ Item q̃rit/vtrũ i elemētatiua sit imago infinitatis dei. ❡ Utrũ elemētatiua habeat in elemētis ⁊ elemētatis suũ esse? Solutio in.4. specie c. q̃rit/vtruz elemētatiua sit principiũ primitiuũ ad elemētãdũ? Solutio in pria specie d. ❡ Querit/vtrũ elementatiua elemētet elementata ex elemētis: sicut vegetatiua ex elemētis vegetat ipsa? Solutio in secunda specie d. ❡ Utrũ elementatiua sit possessa ab elemētis aut ab elemētatis? Solutio i tertia specie d. ❡ Queritur/que sunt cause elementatorũ? Solutio i prima specie e. ❡ Querit/vtrũ absentatis elemētis ab elemētatiua/ipsa eē posset in q̃ete? Solutio in secunda specie e. ❡ Utrum elementatiua habeat continuã quãtitatez per omnia elementa? Solutio in prima

specie f. ¶ Queritur quare elementatiua habet discretas q̄titates? Et respondendū est q̄ sic: ex eo q2 ipsa est ex elementis: ⁊ vade ad scd̄am speciem f. queritur que est propria qualitas elementatiue: ⁊ vtrum sint due caliditates differentes genere: ⁊ sic de duabus siccitatibus/ solutio in prima specie g. ¶ Utrū elemētatiua habeat qualitates appropriatas? solutio in scd̄a specie g. ¶ Utrū elementatiua sit mouens ⁊ mota? solutio in regula h. ¶ Utrū elementatiua sit in elemētatis essentialr̄: ⁊ vtrū transit in spherā ignis? solutiōes i regl̄a i. querit̄ elementa per quem modum intrant cōpositionem? solutio in prima regula k. ¶ Queritur elementatiua cum quo consistit in motu generationis ⁊ corruptionis? solutio in scd̄a regula k. querit̄ elementatiua quomodo est assituata in elementatis? Uade ad regulā modalitatis. ¶ Utrū elemētatiua sit habitus elemētatorū? vade ad capitulū habitus in centum formis. ¶ Querit̄ vtrū elemētatiua elementet elementata in materia elementatorū? vade ad suos correlatiuos p̄ secundā speciem regule c. significatos. ¶ Utrum sit vnus ignis aut plures: et vtrum sit quintum elemētum? vade ad diffinitionem finis ⁊ concordantie.

De questiōib⁹ noni subiecti qd̄ est de virtutibus ⁊ vitijs.

De q̄stionib⁹ noni subiecti qd̄ est de virtutibus et vitijs.

Sicut sensus cōis cū suis sensibus particularib⁹ sensat sensibilia: sic aia cū suis potētijs v̄tuificat virtuificabilia: ⁊ vitiat vitiabilia. Et q2 hoc facit mediantib⁹ principijs hui⁹ artis/ vtit̄ v̄tutib⁹ ⁊ vitijs artificialiter: sicut logic⁹ q̄ cū principijs logice vtit̄ syllogismis. quapropter scd̄m modū p̄dictū intēdimus facere q̄stiones: ⁊ per ip̄m modum significātur solutiones: ⁊ primo de iusticia dicemus.

De questionibus iusticie p̄ principia.

De q̄stionib⁹ iusticie p̄ principia.



Queritur vtrū iusticia cū sua bonitate causet bona iusta solutio: vade ad primū paragraphū iusticie in nono subiecto. ¶ Utrū iusticia cū sua magnitudine magnificet magna iustificabilia? solutio in scd̄o paragrapho. ¶ Querit̄ per quē modum durat iusticia? solutio in tertio. ¶ Utrū aia habituet se de posse iusticie: quō causent iusta? solutio in .iiij. querit̄ p̄ quē modū iusticia existit in potētia? solutio in .v. ¶ Querit̄ per quē modū iusticia ē amabilis? solutio i .vj. querit̄ quō iusticia oritur: ⁊ ad iura applicat̄? solutio in vij. ¶ Utrū aia sine virtute possit causare iusticiā: ⁊ iusticia iustificabilia? solutio in .viij. ¶ Adhuc querit̄ p̄ quē modū iurista faciliter possit adducere iura naturalia? solutio in eodē. ¶ Utrū iusticia causet quietē cum iustificabilibus? solutio in .ix. ¶ Querit̄ cū quo principio iurista pōt cognoscere iusticiā intensam et extensam? solutio in .x. ¶ Querit̄ p̄ quē modum cognoscit̄ iusticia? solutio in xj. querit̄ cū quo cognoscit̄ iniuria? solutio in .xij. querit̄ per quem modū iusticia et ius differunt? solutio in .xiij. ¶ Itē queritur per quē modū iusticia se habet ad principia naturalia? solutio in eodem. ¶ Utrum iusticia habeat mediū specificum? solutio in .xiiij. ¶ Querit̄ q̄d est finis iusticie? solutio in .xv. querit̄ que sint cause maioritatis iusticie? solutio in .xvj. ¶ Queritur cum quo principio hui⁹ artis iusticia habet maiorē conuenientiā solutio i .xvij. querit̄ cū quo minor iusticia cognoscitur? solutio in .xviij.

De questionibus iusticie per regulas.

De q̄stionib⁹ iusticie per regulas.



Queritur vtrū iusticia corrupta in homine ipsa reuertat̄ in eūdem numerum/ quando iniuria corrumpitur? solutio in prima regula videlicet b. in capitulo iusticie in nono subiecto. ¶ Queritur quid est iusticia? solutio i prima specie c. queritur. iusticia cum quibus est habitus specificus? solutio i secūda specie c. queritur quid est iusticia in iustificabilibus Et respondendum est q̄ est sic in iustificabilibus causa moraliter: sicut sensitiua in sensibilibus naturaliter: ⁊ vade ad tertiā speciē c. ¶ Queritur vtrum iusticia habeat dispositionem obiectiuā solutio in .iiij. specie c. queritur que sunt principia primitiua iusticie. solutio in prima specie d. ¶ Querit̄ que sunt principia specifica iusticie cū quibus est forma specifica. solutio in secunda specie d. q̄rit̄ q̄d est possessor iusticie. solutio i .iij. specie d. querit̄ q̄re iusticia est necessitata. solutio in prima specie e. ¶ Querit̄

quare iusticia est? solutio i scda specie e. queritur vtrum iusticia habeat qititatem continuam? solutio in prima specie f. ¶ Utrum iusticia in subiecto in quo est sit i fieri / aut in facto esse? solutio i scda specie f. ¶ Querit, que ẽ qlitas propria iusticie? Solutio in prima specie g. queritur q̃ qualitates sunt appropriate iusticie? solutio in scda specie g. ¶ Querit per quẽ modum iusticia existit localiter successiue? Solutio in regl'a h. ¶ Cũ iusticia nõ sit punctalis neq; linealis / per quem modum consistit in loco: ⁊ vincat iustificabilia? solutio in regula i. querit per quẽ modum cõsistit iusticia in theorica ⁊ practica? solutio in prima regula k. ¶ Queritur / iusticia cum quibus est hoc quod est? Solutio in secũda regula k. queritur / iusticia cum quo generatur ⁊ corrũpit? ⁊ rñdendũ est ꝙ generatur cum suis principijs positiuis: ⁊ corrũpit cũ priuatione suorũ accidentiũ. ¶ Queritur / ius naturale quomodo est? vade ad paragraphum modalitatis supradictum. ¶ Queritur ius positiuũ cum quo est? ⁊ respondendũ est ꝙ ipm est cuz credere ⁊ supponere / ⁊ cum contingẽtibus obiectatis a voluntate et a memoria extra intelligere.

De questionibus prudentie per principia.

De q̃stionib⁹ prudentie per principia.



Utruz anima sic causet prudentificabilia cũ prudẽtia sicut sensus cõmũis sensat cuz suis particularib⁹ sensibilib⁹ sensibilia? Et rñdẽdũ ẽ ꝙ sic: alioqn prudẽtia non esset specifica virtus: neq; anima haberet illud cum quo posset preuidere et eligere bonum: ⁊ euitare malum. queritur per quem moduz homo se habituet de prudentia? solutio in primo paragrapho prudentie in nono subiecto. ¶ Queritur vtrum magnificare bonitatẽ sit de ratione prudẽtie? Solutio in scdo. queritur per quem modum vna prudentia preualet alteri? solutio in tertia. ¶ Utrũ prudentia sine prouidẽtia sit ita potẽs? Solutio in. iiij. querit prudẽtia cui⁹ est habit⁹? solutio i. v. q̃rit q̃lis prudẽtia ẽ primitiua ⁊ qualis consecutiua? solutio in. vj. queritur prudẽtia per quẽ moduz est per rectaz lineam aut per obliquã? solutio in. vij. ¶ Utrũ oĩa preuidibilia sint vtilia? Solutio in. viij. querit quare prudentia eligit laborẽ? solutio in. ix. queritur per quẽ modum prudentia et imprudentia differunt? solutio in decimo. ¶ Utrum prudentia absq; alia virtute possit habere existentiam? Solutio in vndecimo. queritur prudentia ⁊ imprudentia per que media sunt contrariantes ad inuicem? solutio in duodecimo. ¶ Queritur per quem modum prudentia ⁊ imprudentia bellant in subiecto? solutio in. xiij. queritur per quẽ modum prudentia ⁊ imprudentia opponũtur per mediuz? solutio in. xiiij. ¶ Queritur per quem modũ prudens ⁊ imprudens se habent ad finem? solutio in. xv. queritur per quem modum prudentia et imprudentia opponuntur in maioritate? solutio in. xvj. queritur vtrum prudentia ⁊ imprudentia se impugnant in equalitate? solutio in. xvij. ¶ Utrum prudentia cuz minoritate possit esse in subiecto? Et respondẽdum est ꝙ non. Nam de ratione prudentie est eligere maioritatem: ⁊ vade ad. xviij.

De questionibus prudentie per regulas.

De q̃stionib⁹ prudẽtie per regulas.



Querit / quare prudẽtia supponit contingentiam? Solutio in regula b. queritur quid est prudentia? solutio i pma specie regl'e c. ¶ Utrũ correlatiui intellectus sint habituati ex correlatiuis prudentie? Et respondendum est ꝙ sic: ⁊ vade ad secũdam speciem c. queritur prudens quid habet per prudentiã? solutio in. iiij. specie c. ¶ Queritur que sunt principia primitiua prudentie? solutio in prima specie. ¶ Queritur per quem modum prudentia est virtus specifica? Solutio in secunda specie d. queritur vtrum prudentia aliquo modo possit esse peccatũ? ⁊ respondẽdum est ꝙ sic ratione subiecti quod ipsa male vtitur: sic amare qd̃ est peccatum quomodo per ipsum diligitur: ⁊ vade ad tertiam speciem d. queritur de prudentia quare ipa est formaliter? solutio in prima specie e. ¶ Utrum discretio ⁊ dispositio sint de genere prudẽtie? ⁊ rñdẽdũ ẽ ꝙ sic. ⁊ vade ad. ij. speciẽ e. ¶ Utrũ prudẽtia sit mẽsura prudẽtie? Et respondendum est ꝙ sic. et vade ad primam speciem f. queritur que est causa quare prudentia habet q̃titates discretas? solutio in secunda specie f. ¶ Utrum prudentia sit propria q̃titas prudentie? Solutio in secunda specie g. ¶ Queritur / vtrum malicia aliquo mo-

do possit esse qualitas prudentie? Et respondendum est ꝙ sic: sicut instrumentum qd potest esse malū quando malus agens cū ipso male agit: et vade ad secūdam speciem g. ¶ Queritur vtrū prudētia stet magis per preuidere futura / q̄ per eligere presentia? Ad qd dicendum est ꝙ sic ratio huius est qz futura sunt plura per contingētia / q̄ entia presentia per experientiā: et vade ad regulam b. ¶ Queritur prudentia in quibus principijs magis cōsistit? Et respondendū est ꝙ in bonitate / intellectu / virtute / differentia / fine et maioritate: et vade ad regulam i. queritur per quez modū homo vtitur prudētia? solutio i pma regla k. querit prudētia cū quibus principijs est fortis? solutio in scda regula. k. et queritur vtrū essentia prudētie quiescat / crescat aut decrescat in subiecto in quo est? et respondendū est ꝙ non: eo qz habitus indiuisibilis est: qz ipsa non est punctalis / neqz linealis. Sed de hoc mirat intellectus: quare actus prudentie crescit: donec considerat discretas q̄titates quas habet.

De questionibus fortitudinis: et primo per principia.

De q̄stiōib⁹ fortitudinis et primo p principia.

Queritur vtrū posita fortitudine / ponantur fortificabilia: sicut posita potentia visiua ponuntur visibilia? Et respondendum est ꝙ sic: qz si non / iam fortitudo non posset habere fantasmata: sicut potentia visiua non posset habere visibilia. ¶ Queritur / fortitudo cum quibus nutritur et gubernatur? solutio in primo paragrapho fortitudinis noni subiecti. querit / fortitudo cuz quib⁹ est impugnabilis? solutio in. ij. querit / per quem modū fortitudo est vincens et dominans? solutio in tertio. ¶ Querit que est causa quare fortitudo est fortis? Solutio in quarto. queritur fortitudo cum quo est magis fortis? solutio in quinto. ¶ Utrum fortitudo sit fortior cum timore q̄ cum amore? Ad qd dicenduz est ꝙ cum amore. ¶ Amor enī est causa timoris. Et vade ad sextum paragraphum. ¶ Queritur / vtrū absqz fortitudine aliqua virtus possit esse fortis? Et respondendū est ꝙ non. Nam aliter essent due fortitudines differentes specie. Et vade ad septimū. ¶ Querit per quē modū homo est audax? Solutio in octauo. querit quare homo est magnanimus? solutio in nono. querit per quē modū fortitudo et prudentia conueniūt ad inuicē? solutio i. x. querit fortitudo cū quo est maior? solutio in. xj. queritur / fortitudo quō corrumpit? solutio in. xij. ¶ Utrum fortitudo sine fantasmatib⁹ potest esse specifica virtus? solutio in. xiij. ¶ Utrū fortitudo existat medium inter iusticiam et prudentiam / et inter iusticiam et temperantiam / et inter prudentiā et temperantiam? Et respondendū est ꝙ sic: vt virtutes sint maiores i medio q̄ in extremitatibus: et vade ad. xiiij. ¶ Fortitudo cuz q̄ causat victoriā? solutio in. xv. ¶ Fortitudo quō vicit accidētia? Solutio i. xvj. querit q̄re fortitudo fortior ē cū equalitate q̄ cum inequalitate? et respondēdū ē ex eo ꝙ sua correlatiua sunt equalia: et vade ad regulā b. et in. xvij. ¶ Queritur / fortitudo cum quo deuincit? Solutio in decimooctauo.

De questionibus fortitudinis per regulas.

De q̄stionib⁹ fortitudinis p regulas.



Quare charitas est fortior cū prosperitatib⁹ q̄ cū aduersitatibus? Solutio in regula b. noni subiecti. ¶ Queritur quid est fortitudo? solutio in prima specie regule c. queritur / fortitudo vtrū habeat fortificabilia in potentia per fortificabile innatū? solutio in scda specie c. ¶ Utrum fortitudo sit habitus aliarum virtutuz? Et respondendū est ꝙ sic. Nam sine ipsa non essent fortes? Solutio in. iij. ¶ Utrū fortitudo habeat in principijs suis sua fantasmata? Solutio in. iiij. specie c. querit que sunt principia primitiua fortitudinis? solutio i pma specie d. querit per quam naturā fortitudo habeat sua fantasmata? solutio in secūda specie d. vtrū fortitudo sit subiecti in quo est sine dispositione? solutio in tertia specie d. ¶ Querit quare fortitudo habet in potentia fortificabilia specificabilia? Et in actu quomodo est in pratica? solutio in prima specie. ¶ Queritur quare alie virtutes in bello habent victoriam contra vitia? Solutio in scda specie e. ¶ Queritur fortitudo q̄ta est in alijs virtutibus et respondendum est ꝙ ipsa est tanta q̄ta est victoria earuz: et vade ad primam speciē f. ¶ Utruz fortitudo habeat actus mensuratos? Solutio in secunda specie f. ¶ Utrum essentia / prudentia

tia crescat aut decrescat? Solutio in prima specie g. ¶ Queritur/quare actus charitatis crescit aut decrescit ad placitum? Solutio in secunda specie g. ¶ Queritur/utrum fortitudo sit in tempore: cum per se sit in continuo instanti? Solutio in regula h. queritur/utrum fortitudo sit in victoria virtutum? Solutio in regula i. ¶ Queritur/fortitudo quomodo causat? Solutio in prima regula K. queritur/fortitudo cum quibus habitibus est magis habituata? Solutio in .2. regula K. queritur/fortitudo utrum fortior sit cum imaginatiua quam cum sensitiua? et respondendum est quod sic: eo quod cum imaginatiua est deliberatiua: cum sensitiua nequaquam.

De questionibus temperantie. et primo per principia.

De questionibus temperantie: et primo per principia.



